ANTITHESEVS EXPVGNATVS.

SVB AVSPICIIS MECOENATIS AVGVSTI EXCELLENTISSIMI D. D. Gaſparis Alfonſi Perez de Guzman el Bueno:

COMITIS NEBVLENSIS, Caſazæ Marchionis, Metinæ Ducis primogeniti, Oceani maris, ac Bęthicæ Prouinciæ Præfecti Generalis, ac potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Cubicularij;

AVCTORE.

DOCTORE GASPARE Aluarez Caldera, Comitis Nebulenſis olim Medico, nunc Carmonenſi.

HISPALI, Simon Faxardo Typographus Hiſpalenſis in lucem edidit, Anno Dñi M. DC. XXXIIII.

AL EXCELLENTISSIMO Mecœnati meo, D. D. Gaspari Alfonso Perez de Guzman el Bueno, &c.

OLIM Deorum delubra, quin & virgo Vestalis protectione crimina superabāt, nunc veró nec ipsa Heroum simulacra, nec tutelares Dij. Laurum, quia Apollini sacra, fulmina venerantur, & fugiunt. Non laurus egó, sed nomini Augusto sacer clientulus; ne ergo interdici consecrandam æternitati memoriam patiaris: imò ferrea, & adamantina protectione clientulum defendi iubeas; quæ nec æui quidem tacite se voluentis edaci dente consumatur. Quoniam si virtuti faues, quare etiā & comiti virtutis gloriæ non faueas? vt immortalis gloriæ semperflorēti curriculo promouearis, ne Augustum nomen, in vasto fragilitatis nostræ aceruo delitescat: vt labores, qui virorū illustrium suffragijs caruerunt; & in hac gloria ad inuicem certamus; tuum Augustum nomen, ne ad Vlyssis exclamet tumulum, & humilitas nostra, ne Macedonem Alexandrum desideret.

ANTITHESEO.

O VTINAM omnes inuidi cunctos vniuersi sapientes agnoscerent, quo sic eorum animæ crudelius torquerentur! Obstrepentibus iterum in arenam descendo, si non opus zelātibus amoris odium, si non fatalis amor; puerum agnouisti, gigantē admiraris, fortasse non sum idē, nam:

Quem Taurum metuis vitulum mulcère solebas:
Sub qua nunc recubas arbore virga fuit.
Nascitur exiguus, sed vires acquirit eundo,
Quaq; venit, multas accipit amnis aquas.

Ouid. 2. de arte amandi.

Quam antiquum est (amicę Pyerides) musitantis vndæ murmur stridentibus æmulari: nescio an consonet intentio, aliud enim delectat cum alius offendit. Castalidū chorus olim sub alto Parnasi vertice. *Fons vbi Castalius vitreo torrente superbit,*
Vnde nouem Dominas sæpe bibisse ferunt.
Ad infractæ cristalli descendentis murmur indicibili concinnebat harmonia, nunc Męgera furijs infrendet, & stridet implacabilis. Idem non tempus, sed eadem natura, quæ temporibus servit; hoc erit necessarió, vt tempestas, ferendum.

Sed sicut tumultuosé bellum indicere in literarum campo temerarij, ac improuidi consilij fuisset; sic illatum collectis viribus non propulsare inertis prorsus animi, ac deiecti, ac si millies decceret, pulverem superbibere; nam qui retró pellitur, non expugnat vrbem, vt est in prouerbio: licét dicat Hieronymus: *Quod operis cōtradictio confirmatio ipsius est.*

Quid dicis, Antithesee, quod Dominum æqualē tam graue quęrit opus? exitus acta probat, nec oraculo credas, vt Acrisius; nos enim fortassé bibimus Hippocrenē, & hęc tibi semper naualis erit palęstra, terrestris mihi naumachia. Phaetōtis postulatio: in Amā Mardochei cesit laqueus; in Titanas Iuppiter mōtes deiecit, ac Mydæ postulatio illius cecidit in interitū: & fastu propriam opinionē in alienæ proditione vendicare, & turpe, & inciuile est; nam stultū foret, vt est in prouerbio, figulariā in ipso vasse dicere.

Horatij, lib.3.carmin. Ode 20.

Non vides quāto moueas periclo
Pyrre getulæ catulos leænæ.
Dura post paulo fugies in audax
Prælia raptor.
Cū per obstantes iuuenū cateruas
Ibit insignē repetens Nearchum
Grāde certamen tibi præda cedat
Maior an illi.
Interim dum tu celeres sagittas
Promis, hæc dētes acuit timendos
Ar-

Arbiter pugnæ posuisse nudo, Sub pede parmam. Fertur & leni recreare vento; Sparsum oderatis humerũ capillis, Qualis, aut Nyreus fuit, aut aquosa Raptus ab Ida.

8. Metamorph. Scinde quercum Eresibon; nec enim Methra tantas mutabit formas, quin te, ad finem tuis te vesci carnibus compellat: ædepol nec Vlyssem decepére Syrenæ, & licet Apollini aliquando haberes ascendentem, vide ne fiat sertilis, quoniam sapiens in sapientẽ, sicut alba linea, in lapide albo debet esse: *Velut erga honesta indole claros* dixit Plato, sed æmulatione caligat intellectus, potentijs imponit ęmulatio, pro veris vtitur falso; sunt enim virtutibus vitia cõfinia: tua sit nobis exemplũ, nam eàdem actione idem, quod vituperas, extollis; quod deprimis, exaltas, amicus tibi, & contrarius; vt operis magnum tibi debeam, á te enim accepit splendorem; tu illud fecisti celebre; Thesei nomen delere penitus cum affectas; cũ Ephesis Erostratum acclamas; ac Leopompi facundiã imitaris. Quoniã si quispiam non aduerteret, nec tanti falleret opus, à tua cõtentione lacessitus attentior magis tuæ acclamationi, quàm operis æstimationi; tecum acclamat ęstimabile; nec tecũ vituperat authoré: nam tecum habet æstimationem, sed voluntatem non tecum. Nescio, *an tibi malum, alteri bonum contigerit*, vt Dion dixit; vi persuadet exemplũ, sed non necessariò contingit persuasio; imò praua suspectum reddit authorem, & audientem arbitrum; est velut apes veritas, quæ á veneno mel conficit. Eloquentia opus extollis, authorem acclamas eloquentem, notum, & ignotum confiteris, ac eodem tempore hostis, & amicus; amicus, & hostis eloquens.

Dia logo carmides de tẽperãtia.

Seneca epist. 120.

Epodon. Ode 6.

An si quis atro dente me petiuerit,
Inultus, vt flebo puer.

Est æqué naturalis hominibus, & brutis tutela, in illam inuitus feror: quoniam.

Horatius lib. 1. epist. 1.

Spectatum satis, & donatum iam rude quæris
Mecænas iterum, antiquo me includere ludo.
Non eadem est ætas, non mens. Veihanius armis
Herculis ad postem, fixis latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.
Solue senescentem, maturé sanus equum ne
Pellat ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Ob hoc fortasse, me fortunæ arbitrio exponere voluisti, absq; tergiuersatione expositũ cõsidera; si nõ tuam (vt dici solet) vmbrã metuis, & si istá, mea esse illa, tibi persuadeant, vtraq; magna vti prius acclames ingenué, teneris: quin si te aliquis aliter proloquentem

tem audiuerit, te flere ad tumulum Nouercæ iudicabit, si non antea post cenam, vt puer delicta cognoscis, vt fert paremia: Vide ne in Hesiodi Poetæ opinionem incurras, qui dicebat: *Simile simili aduersum esse, & boni bonis inimicissimi, vt figulum invidere figulo, cantorem quoque cantori, medicum medico. Asserebatq; similia inter se, æmulatione, contentione vè abundare.* Contra hanc animi passionem Andromedantem porta. *Apud Platoni dialog. Lysis*

Tertium Ioui liberatori tribuamus, dicebant veteres, nec semper conuitijs, & maledictis certandũ, honestũ est, neq; tutum, nã qui ea, quæ vult, dicit, ea, quæ nolit, inuitus audit; nos tamen imitabimur Xerxẽ, qui in legatis interimẽdis, Lacedæmonijs noluit esse similis, ne quod illis exprobauerat, & ille factitaret: *Omnia enim sapientem prius, quàm arma, decet experiri*, dixit Terentius; & senis exẽplo docet fabula: nec quisquã tutó despicitur; quoniam nec altiuolans Aquila formicas despicit, nec auiũ regina á vilissimo scarabeo suos tuta fouet pullos: & iustitia, quæ naufragio Hectoris scutũ prauo armorũ iudicio male dato, ad Aiacis sepulcrũ per mediũ fluctuãtis procellæ cõpulit peruenire; hæc iniustas calumnias superauit: crisolampum enim ventus imitatur, qui noctu ignis fulgore lucet, aurum claret vbiq; *& magnus vir, si cadit, magnus iacet; & si contẽnitur, etiã sacrarũ ruinæ calcantur, quibus antea grata extitit adoratio*; nec Aiacem domat ferrum, vt fert prouerbium. *Solin. c. 45.* *Solin. c. 42. Senec. de consolat. ad Martian.*

Medicinæ auarissimus eruditionis zoilus Deũ artium liberaliũ illiberalẽ notas, ac si hæc omnia pro arbitrio elargiri non queat; nõ enim singulis omnia, sed omnibus singula, summa, & ineffabili prouidentia ad libitũ dispensat, vt feliciter hoc emblemate adnotauit antiquitas, ex antiquissimo Aristia. Erant olim Athenis, inquit, viri duo insignes, vterq; notus; diues alter, sed pauper ingenio; pauperrimus secundus, sed scientia diues, quod cũ passim in rerũ serié cõtẽplarentur, nec perinde causam hanc Athenienses sciscitantes, adierunt Delphos, & per Phytonissã Oraculi mẽtẽ assequuti. Hęc binas laminas eiusdẽ formæ, operis, & sculpturæ ad sapiẽtes detulit, sed nõ eiusdẽ materiæ, erat enim altera auri, & ligni altera, ac primá diuiti dedit, & pauperi secundã, & vtriq; exaratæ erant istæ literę, S.T.L.I.A, ac vtriusq; fine monticulus, vbi erat insculptũ. *Diuina prouidentia.* Qui cum mentem oraculi tenere non valerent, multis adhuc consultis in vniuersa Græcia, sapiẽtissimũ adiere Solonem, cuius fama vniuersũ impleuerat, qui diuitis emblema sic aperuit, S. *Sufficit*, T. *tibi*, L. *lamina*, I. *ista*, A. *aurea. Dives. sufficit tibi lamina ista aurea.* Pauperis autẽ, S. *substãtia*, T. *tua*, L. *lumẽ*, I. *intellectus*, A. *Ani-* *Vt refert Homer. li. rerum memorabilium. 70. Interpretum.*

A. *Animæ: pauper substantia tua lumen intellectus animæ:* Ac tandẽ addit in fine: hęc est diuina prouidẽtia, vt non singulis omnia; sed omnibus singula tribuantur; ad libitum sapienter dispensantis, & non recipientis auari. Post confecta stipendia donandus rude, post emeritam, cõmuni plausu, missionem, meus vexillaris Theseus, ad signa iterum, & aquilas cogitur, quippe.

Ouidius in ibim.

Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem
Candoris titulum, non sinit esse mei.

Qui nõ vi, non ferro, sed infido ancipitis verbi gladio adortus, sup posititij nominis, & ementiti parentis, Theseum meum ausus est sugillare, eo dumtaxat argumento ductus, quod aerem, non certũ feriret scopum, nec sponte, nec inuitus, arbitrij fortunæ tractus in puluerem descendo, ac quincuplici antithesi aduersus totidem ipsius apologias expugno; nam pro fama non aliter, quam pro aris, & focis dimicandum puto.

Antithesis prima in apologiam de pleuritide.

LÆdit iniustus, elicit fructum Iustitia, ab ipsa enim iniustitia sępiùs coronam cõparauit: rodentem pãpinos hircum increpat vitis, & ille finem non facit, quantum potest, inquit, noceto mi hi, quoniam ego vini tantum tulero, quantum te mactato, ad libãdum Dijs satisfuerit.

§. I. Serrantis quæ causa pulsus.

Super Auicena, fin. 2. 1. doctr. 3. summa 1. ca. 6.

NEC ratio, nec vrbanitas ferent, viros doctissimos à te iniusté carpi aliena sentẽtia, quàm à communi magistro sapiẽtissimo Doctore Sorca accepisti Salmanticę, & ille à Ferliuio. Quibus nõ solũ, sed Galeno etiã est antithesis, in causa serrantis pulsus, hęc est tua sententia, vt talis abusus vrgẽtia fiat, vitali facultate, oppressa, impedita, & irritata, quo inęqualiter in vno occursu, diuersas arterię partes mouet. Accedamus ad tribunal medicę veritatis. Hoc in primis Galeno gliscit, & optimę rationi refragatur, nam lib. de pul sibus ad tyrones sic alloquitur; *Inflammatio pulsum habet veluti ser rantem, vt alia pars attolli, alia non videatur. Cum illa scilicet videa tur durior. siquidem partes neruosiores duriores edunt pulsus, magisq; serrantes, & minores.* Si verò arterias prehendat inflãmatio, in ner uos vè illidat, illarum pulsus parem siccitati, inęqualitatem conse quentur, quia partes licciores motui magis obsistunt, ac pro tali ar terię illisu sola siccitas sit sufficiens. Haud longe ab hac sententia, Galenus serrantem pulsum pro pleura inflammata signum constituit,

cap. 11.

2. de cri. 10.

tuit,ac pulſus pleuriticorum ideo in crebritate, & celeritate dixit excedere; ac ſe ipſum poſtea interpretatur. Scita eſt illa ſententia: *Omni parti, quæ inflammata ſit* (inquit) *hæc neceſſariò duo accidunt, calor immodicus, & tenſio. Ille pulſum alterabit delucidè, & illa durior reddetur pulſus, ac in neruoſis magis, rectè igitur, quos ex inflammatione febris corripuit, pulſum habet durum, & ob intemperiem arteriarum inæqualem, in vno occurſu, quæ ſi ambo coniuncta ſint, exiſtat illa pulſus ſpecies, quæ veluti ſerrat tactum.* Ac vbique conſtans hanc ſuam ſemper nouit ſententiam, & adhuc cum ſimplicis inflammationis deſcribit pulſum, vt celebri illa Comodi Imperatoris adnotauit hiſtoria: qua in re potius Galeni iudicio ſtandū reor diligentiſſimi ſcrutatoris, quam alio, quicunque ſit, is enim, nec tantæ auctoritatis, nec tam acris fuerit iudicij.

4. de cauſa pul. 7. & 8.

de cōſtit. artis, 15.

de præcognit. ad Poſtum. 12.

Auctoritatē etiam illuſtrat ratio, vſus neceſſitas (ex ſuppoſito) facultatē ad ſui attemperationem excitabit, pro vſus indigentia, obedientia inſtrumēti, & facultatis robore; ſi tamē facultas nequit ad libitū huic neceſsitati ſeruire, vel ipſius defectui, vel obſtāti impedimēto obediet: detur quod ſit grauate debilis, ſi eſt æqualis oppreſsio; aut debilis inæqualis, ſi inæqualiter opprimitur; hoc vltimo facultas inæqualiter arteriā mouebit, oppreſſa, & irritata, & in vno occurſu diuerſas arteriæ partes feriet: detur etiā ad actus vſus, nihilominus nō feriet ſerrātis modo; nā ictus qualitas reſpondet ferientis naturæ, & hæc grauitans cauſa, & illa erit etiā, quod inęqualiter moueatur arteria, nec tamen erit cauſa ſerrantis vibrationis, nā grauans pondus, ex ratione talis, nec tenſionē, nec ſiccitatē inducit, quinimo nec vibrationē ex ſe; ſed pōdere obruit, & motus libertatē adimit. Si enim adactus vſus, grauis, & irritata facultas eſſent ſatis: hæc in principio cuiuſcumque cauſionis inuenitur & ille vrget magis, nec tamen pulſus obſeruatur ſerrinus; inæqualitas etiā collectiua, quā Galenus in putridis obſeruat febribus, in diuerſis pulſationibus obſeruatur; aut ex inæquali cordis intēperie, aut debili facultate, aut inſtrumenti duritie, hæc facultas inæqualiter ferit arteriam, nec perinde ſerrat tactum, & vſus pro caloris attemperatione conducit, aut reſtauratione ſpirituum, aut foliginum expurgatione: hic etiam adeſt durities, ſed non illa, quæ ſufficit ad talē pulſum, quare nec ad actus vſus, nec irritata facultas, adhuc cum duritie ſerrantis erit cauſa pulſus.

2. de cauſis pul. 1.

Hoc etiā, vel inde conſtat, quod pleuritidi, in principio, & fine inflāmationis, cū cedit inflāmatio pulſus, nec ſerrantes, nec duriores fiunt, vt notauit Galenus, quod non ſolùm ſupuratis, & pulmoniacis

1. de criſ. 5.

4. *de caus. puls.* 9. & 12. niacis accidit, sed quod vndosi, ac molliores, quinimo & dicreti, sic testante Galeno, & hoc ideo, quia inflammationi defecit tensio, ac calori adustio: quinimo, & dixit Vallesius, dicretus est etiam pulsus

3. *contro* 17. pleuriticorum nō vnquam flatuosum quid habens, & molle. Hinc Galenus phrenitidis pulsos duros, & conuulsos pro signo constituit, dum alibi pulsus molles phrenitidi inesse voluerit, partis in-

4. *dè caus pul.* 14. flammatæ conditioni respiciens, nam in primo membranas, in 2. cerebrum inflammatum iudicat, & serrinum pleuræ inflamatæ pro

4. *de præsa. ex pul.* 8. & 9. signo constituit: quod etiam adnotauit Saxonia. Si ergo sola duriciei absentia facit serranti contrarium, durities inæqualis serrantē faciet, nam contrariorum effectus contrarij.

2. *de cris.* 10. A quo autem illi accedat durities inæqualis, Galenus dixit, nē-

6. *de vsu partium* 3. pe quod arteriæ omnes in pectore sitæ de binis funicis exteriorē accipiant à pleura, cum ergo membranam intendit inflammatio, rationi etiam videbatur arterias distentas iri, ac consequenter du-

2. *progn.* 38. rum, & inæqualem pulsum edere; Brabo sic placuit, hoc etiam insequuntur grauissimi huius sæculi viri, Mercatus, Mercurialis, Capibasius, Donatus, Saxonia, Petrus Garcia, &c. hoc tamē differūt, quod Garcia ab inæquali vilorum tensione, Mercurialis, & Saxonia, ratione materiæ inflammantis, partim coctæ, & crudæ partim, ac cæteri ab inæquali pleuræ inflamatæ tensione.

Quomodo autem in hac inæquali duritie, & tensione serrinus reddatur pulsus, nobis aliter videtur Galenum interpretari: nam ob solam inæqualem tēsionem est imaginarium, sed improbabile. Noster ergo sensus in hac re est; hoc fieri ab arteria tensa, sed taliter disposita, cum tensione, & renitentia, vt cum à facultate impellatur, serrantis modo feriat, aliqualiter vibrātis. Hoc nihilo melius, quam exemplo monstrabitur. Quoniam, vt dixit Plato: *Arduum*

Dialogo ciuilis vel de regno, *est res magnas absq; exemplis sufficienter ostendere.* Ponamus lyræ cordam tensam ex vtraque parte, in medio aeris fiat impulsus in illa, non solùm motus ille quid vibrationis habet in modo feriendi, vbi allidit, sed postea illam conseruat, dum vis impulsus durat, & remittitur, aut intenditur, pro impulsus vehementia, & cordæ tensione; & semper cum illa renitentia à tensione, qua velut ictu allidit punctum cum asperitate, &, quo magis tensa redditur, aspere magis, & punctim ferit, dum ab impellente mouetur. Hoc mihi videtur accidere in pleuritide, nam facultas vsu adaucta, arteriam mouet tensam ab inflammatione, veluti cordam, & sic arteria mota cum digitis allidit, aspere, & punctim ferit, vt serræ dentes æmuletur; ob renitentiam tensionis, eo modo, quo in lyræ corda.

Et magis

Et magis in hanc venio ſententiam, quod videam ſerrantem pulſum magis apparere talẽ, maior dum viget inflammatio, quæ magis tendit arteriam, vt aſperé, & punctim magis feriat, & cùm minuitur inflammatio, pulſus etiam á ſerrino cedit ad meliorẽ; quod etiam accidit in principio; & hoc non ſola ratio, ſed ſenſus iudicare poteſt, veritatis ęmulus. Hoc etiam habet hic modus feriendi, vt quid vibrationis ſecum ducat, quod etiam Galenus in ſerranti poſtulauit.

Vnde recurrere ad inæqualem vilorum tenſionem, hoc, nec ſenſus, nec intellectus capit, & cum arteria, cúm vilis ad longum ęqualiter tendatur, ab inflammatione, cum ab ipſa æqualis fiat tractus. Quod lyræ cordæ exemplo, facile quis experitur, quæ vilos etiam habet, ad hoc etiam facultas non conducit quomodolibet diſpoſita, quoniam adhuc libera, ſi arteriam ſic haberet diſpoſitam, illã ſerræ modo ferire faceret: ſed minus quam ſi vehementer impelleret; vt corda tenſa á quocunque impellente mota: nec quia inflammatio partim cruda, & ſuppurata partim, talẽ valet edere pulſum: nã paruum arteriæ corpus, non poterit recipere talem inæqualitatem, niſi in ſui principio; poſtea verò ab hoc principio tracta æqualiter cedet: præterquamquod ſecundæ qualitates, duritiei, & mollitiei per alterationem non producuntur extra proprium ſitum á ſe ipſis; non enim durities duritiem producit, vt calorem calor.

§. II. *An deſcendens pleuritis ſit legitima?*

SEcundó dicis, *In deſcendenti pleuritide, quæ ſemper ſpuria eſt, &c* Miror hominem ſtudioſum, & diuina afflatum ſapientia, miror Galenum non vidiſſe, nec retorquendis verbis; palam & clariſsimé contraria dicentem; hoc nobis, quod Græcis, in hac arena accidit: qui poſtquam Perſarum inuadentium æquitatum excepére, & exceptum repulêre, multò ſunt audaciores effecti, vt abſq́; numero gentes deuaſtarent; celebris extat de hac re in Galeno ſent. ntia, *Verum exquiſita pleuritis* (inquit) *eſt, vbi cingens membrana primario effectu laborat, proinde dolor ad iugulum, vel ad præcordia peruenit, &c*, Hoc idem, vel clarius alibi recitauit ad Præceptoris ſententiam; cum venæ ſectionem anteponit, *ſeu dolor ad Hypocondria pertingat*. Ac in ipſo ſylogiſtica, & patonogmonica adſunt ſigna; notiſſima eſt illa ab eo recognita ſententia, de dolore punctorio, qui talis, quin membrana patiatur, eſſe nequit; *Et hic etiam ad hypocõdria deſcendit*. Hoc libro de conſtitutione artis, longé, latéq́; confirmat.

2. acut. 11.

Herodotus lib. 8 vrarunt.

5. de locis 3.

2. acut. 11

6. apho. 5

cap. 15.

Nec obſtat frigidus humor, nam præterquam ob hoc legitimam produci pleuritidem;non dubitat Iacotius,ex Præceptoris,& Galeni ſententia, hæc ſi intra pectoris regionem ſuſcitetur ; vera erit pleuritis,ſub edematoſo eriſepellāte,vel ſpurio phlegmone; ſi pri⁹ aduertamus,quod duram,& compactam membranam,frigidiores, & craſiores penetrant humores ; bene tamen poteſt eſſe ſpuria inflammatio, & pleuritis legitima,ſi pleuram apprehēdit:ſed in deſcendenti,à calidiſsimis humoribus fieri quid vetat?tantum abeſt á Salij ſentētia,quinimò dicat,quod ideo recipit infra ceptum,quod tenuior,& calidior pleuræ occupat,turgētis more;aut ob magnitudinem paſsionis,aut ſucci peccantis motum;fremant licét alij,nam ſuper veritatem antiquæ lites , quibus nec finem poſui veritatis ſplendor;nec ille academicus Carneades, Philoſophicæ pacis inſequutor,licét fruſtra,quod ideo feré contingit,dixit Tulius : *Quia á multitudine conſiliorum obrruitur veritas:quare eſt interdum adhibenda vis veritati,vt eruatur,nam viam ferro aperit, qui per contraria tranſit:* Dixit Baldus:& veritas agitata magis ſplendeſcit in lucem.Bené etiam memini,quod aliquando diceres:*Febris vehementiſsima pleuritidem comitatur,etiam ſi dolor ad inferiora finiatur*; & in ſuperioribus:*Dolor deſcendens ſemper eſt á cauſa frigida*;& ſemper excludit omnia,licét raró contingentia.

lib.5.coacarum, ſect.2.tex 22.

lib.1. de morbis, text.126 & 3. de morbis 49.

codice de impuberum,& alijs ſubſt.

§. III. *An deſcendenti purgandum in p.*

NON bené ab hoc liberi 3.allidimus ſcopulum: *Quare ſtatim* (dicis)*in pleuritidi deſcendenti,inter initia,ante quam crudi humores ſirmentur , cum moderata febre purgare oportet ad imitationē naturæ,&c. Quo natura vergit,dixit Præceptor.* Eſt enim triplex inclinatio,vnde purgandi via tam iuſſa,quam iniuſſa initur:vna quidem naturæ,altera humoris,tertia partis obceſſæ,nam iuuenes hemorragia,ſenes dyſenteria morbo defunguntur;bilis ſurſum,pituita deorſum educitur;ſupra diaphracma vomitu, aut ſcreatu, infra ſeceſſu vacuatur:nec perinde ſemper debet imitari natura;multoties enim illa coacta operatur,non imitanda, ſed obſiſtenda, vt cū per oculos vacuat: & adhuc per loca communia, nec ſemper petit imitari,ſemper ſinere;cum ſcilicet ante tempus vacuat,vt Mercurialis adnotauit : *Cogitent medici* (dicit Valleſius) *quo verſus impetum ceperint ſucci,deinde cogitare, an in cōuenientem regionem, atq; vbi id agnouerint, eo ducere.Si verò ſecus inclinet,non oportet adiuuare.* Quod etiam Præceptor adnotauit, Regio conueniens poteſt

1.aph.21

aph.citato.

6.epid.

fest esse simpliciter, vel ad morbum, sicut intestina, vt ventriculus simpliciter. Talis est morbo propria, quæ valet vtiliter, illos iudicare morbos, & commoditas, aut nascitur ex viæ vicinia, aut partis rectitudine, aut succi conditione; & bene potest regio 13. meth.
esse commoda simpliciter, sed non huic morbo. Hoc scimus ex Ga 18.
leno: *Quod sicut caua iecoris per intestina expurgatur: ita pectus per* 5. simpl.
asperam arteriam, qua pulmo. Scite fecit Galenus, cum perirream 15.
in adsmate prohibuit: & si in pulmonia fluxus alui biliosus caupo nem liberauit, Hermoptolemum æterno consecrauit oreo, in eadē: in primo triumphante natura, vt adnotauit Salius, à morbo triumphata in secundo, nam cruda cedunt improspere.

Non ergo intestina, sed trachiarteria morbis pectoris est regio conueniens, conferens vè; quare non bene ducitùr consequentia, quo natura vergit in morbis pectoris ad intestina: frigidi etiā pectoris, morbi sputo expurgantur, vt adsma, & catharris; nec tantùm valet sola regionis commoditas, quin illam pleraque non vincant; in stantibus, & fluentibus mensibus, si guturis, aut pulmonis infestet inflammatio, huic prius succurrendum dixit Salius; nam plus valet, prosequitur Vallesius vrgentia, ad indicandum, quam postulet se seruari regionis commoditas, & humoris motus.

Detur quod hic descendens dolor sit ab omni inflammatione alienus, sed hunc pariat frigidus crassus, aut melancolicus humor, à toto, aut capite delapsus; aut in cauitate intra membranas, & tunicas inclusus. Nō né obstabit humorum cruditas, crasities, & len- 1. aphor.
tor, viarū occlusio, naturæ reluctatio, humorum permixtio, incul- 22.
cata putredo, febris soboles, aut aliqua inflammationis suspicio; humor viæ, & medicamentum infelicem purgationem debent cons 4. acut.
pirare, hic paratus, patentes illæ, efficax medicamētum; corpora red 22.
di fluida, non tantum ad humores, sed ad vias Galenus extendit: 1. aph. 10
vbi non est vrgentia; non nè obstauit febris? Duc ad te ipsum ar- 2. aph. 24
gumentū, cum in illa in principio purgari reclamasti; & ellige vtrū 11. meth
sit falsum? & licet adsint fluentes febris firmatos iudicat; & hos 10.
non oportet medicari, dixit Præceptor, intuere Andreæ historiam, 8. meth. 4
infelicis purgationis exemplum. 7. epid. 38

Dices, quod Præceptor in dolore descente fluentes purgare ius 4. acut.
sit; vide né dum fluentem purgas impactum deteriorē reddas; ab 72.
hoc putrida febris vrget nè dolor magis, an illa? fateor, quod si est symptomatica, à fluxione, & dolore fouetur; & ijs ablatis, aufertur. Si tamen infelici fortuna essentialis fuerit à morboso corporis aparatu. Hęc plus cæteris solicitum Galenum tulit; & cæteris pa

8.metho. ribus vrgentia ex parte putridæ febris erit,& casus adhuc pruden-
9. tiorē reddet in ancipiti; 3.lib. de morbis Præceptor reuulsoriam
7. meth. purgationem commendat, in hoc casu: sed reor, quod sine febri,si
12. 48. prima,aut secunda ab inuasione die,in qua, excrementabili,non os
tentant, clisterē exhibe; & si misceantur,iterum; si verò saliuā ex-
puat biliosam, bilem purgato; ante quam febris inuadat, si non sat
sunt clisteres;icor enim cum exudat, quo fucatur sputum, fuligi-
nes tunc expirant,quibus citatur febris. Est enim tunc inflamma-
tionis suspitio,ante quam ergo inuadat,bilem purgato, &c. Nam
absque febre scrosis,& turgentibus; absq; præparatione purgatio,
2. aph.9. omnibus placuit,cum Mercuriali conuenire; at in proposito casu,
crasi, & frigidi, humores supponuntur, qui pondere deorsum re-
pant; nec perinde valet lubrica illa euasio; quòd in intestinis sunt
tales humores, hoc enim est falsissimum, & contra Galeni mentē;
hoc enim figmētum, eo tantum dirigitur, vt purgationis difficul-
tatem superent; quod mihi est potissimum argumentum; ergo si
esset intra pectoris regionem,nullo modo conueniret.

In hoc omnes conuenimus,quod hic descendens dolor,& cum,
& sine sistrophica inflammatione producatur; sed quod intra pec-
toris capacitatem hoc ex antecedentibus, vel necessario ductum
supponimus;hoc etiam in Galeni doctrina antithesim non patitur,
quod,quæ in hac regione continentur tutius per anacatharsim ex-
purgantur; at si hæc non sufficerent, & febris comitatur,non nisi
post coctionem expurgandum remur: nam vbi similes præabun-
dant succi,inuenis,superest cacochimia, quæ febrim foueat putri-
conclusio dā.Et licet hisce morbis Galenus parū fidat vrina:multum fidit Hi
4. acut. pocrates,vt aduertit Iacotius: nullum enim est morbi genus in su-
77. perioribus,de quo non aliqua significatio, atque præsentio compa
3.coaca- retur per ipsam vrinam,saltem ex euentu; sic letargicorum pericu-
rum.sect. lo multum adijcitur,si vrinæ reddantur clam, vt iumentorū, & ta-
3. les dolorem capitis indicant, fortasse ex ebullitione succorum cō-
1.prorrt. paratum; sic alvū liberatam vitio cruditatis, vrina ostendit cocta;
sect.128. in tuto sunt pleuritici;libera anacathasi,si accedat bella vrinæ co-
loratio,& aliter accideret,si esset multa bile saturata parotides,pa-
rum prodest in empyema verti, ac fistulari;si vrinæ reddantur pe-
pasmo expertes, vt ancillæ fulonis; vnus Galeni locus catholicum
1. epide. erit theorema omnium,quæ dicta sunt de vrinis: semper illud me-
3. epide. minisse lubet.Inspiciendas esse in omnibus; etiam ventris, thora-
sect.2.his cis,pulmonis,neruorumq; morbis, nam quibus laudabilis videbun
toria. 6.

tur

tur, propensionem afferũt in salutẽ. At quibus male valeant in pernitiẽ. De neruorum morbis solemne illud Hipocratis: *Cõuulsionem sanat exorta febris, quin etiam prodest vrina fluere albuminiam.* De pectoris autem affectu, nec minus notum á Galeno proponitur; *Nos verò* (inquit) *pulmonis vomicam per vrinam vidimus expurgari*; Et talis, ac tanta est vrinarum vis in acutis morbis, vt illæ soli magis credendum putet; & pleuritidi non est interdum tam certa leuatio ex anacathasi, quàm grauis offensio ex praua vrina; vt poté ex foco, ex quo perennis anadrome. Celebris extat de hac re sententia apud Præceptorem.

2. coacarum, c. 4. text. 13.
6. de locis 4.
4. coacar c. 2. tex. 21. & 22

Et hoc vel maximé persuadet coctionem esse expectandam, quo dicat Duretus, ideo Hipocratem hæc validissima medicamenta elegisse: *Quia malum dolorificum firmius infixum, & inculcatũ est, quod nisi præparatione educetur.* Hoc etiam indicat ratio, & Galenus indicat, in lenta, crassa, & viscida materia; ex qua hos fieri dolores supponis, ac ideo deorsum ferri, quam præparant, quæ abstergunt, tenuant, & incindũt; & hanc fortassé fuisse Galeni mentem, vel suamet præcepta mostrabunt, vel in simili exemplo; antiquissima est illa Præceptoris sententia; *Lateralis dolor, si liquidis, & biliosis profusé aluus feratur, mitescit*: in cuius commentario Duretus post signa coctionis, inquit, dominante natura, nam lateris dolor pleuriticus non est, inquit, sed materia intra pectus collecta; nam vera inflammatio liberali pro fluuio non exoluitur, nec aliqua repletio, quæ malignam possidet cacochimiam; sed laterum dolor, quem humorum inueteratio inuexit. Et si dicas, quod Præceptor in hoc dolore, 4. purgare iussit; audi Vallesium in Commẽtario: cur potius in 4. purgat: *Certè dicit*, inquit, *vt possis tribus primis diebus vti clisteribus, & eadem ratione serapys; quia fortasse hæc erunt satis, vt corpus expurgetur, possitq; ita pharmacum deuitare, sin minus saltim corpus præparauerint, fecerintq; fluidum; vt cita pepasmus consequatur.* Nec 4. obstabit dies; nam quibus 3. aparet coctio 7. soluitur, & paucæ febres 4. die soluuntur, quod etiam Iacoctius amplectitur.

1. coacar c. 15. tex. 19.
4. acut. 41.

Morbis pectoris etiam, qua talibus, nocet alui fluxus, & liberalem anacatharsim detinendo lethaliter, & vires tantopere necessarias conterendo; vtrumque fortassé comprehendit Præceptor; sed vltimum Galenus, pleuriticis perincumonicis, &c. Sed tunc maxime timendus est alui fluxus, dixit Salius, cum à principio vsque ad statum aduenat, aut arte concitetur; notissima est illa Præceptoris

5. coacar sect. 2. tex. 24.
7. aphor. 19.
3 de morbis 33.

toris

toris ſententia; *A quinta die humor, ſi infra ſecedat, mortem inducit;* At ſi vel in fine ſtatus (commentatur Salius) & poſt vigorem alui fluxus adueniat, poterit eſſe ſalutaris, vt in caupone, cui aluus 10. moderatè fluxit, 14. in totum liberatus eſt ex pectoris affectu peracta coctione; ſolemnis eſt alia Præceptoris ſententia: *Quod ſi ad dolores lateris etiam præcordia doleant, cliſterem exhibere oportet, & in potu ariſtoloquiam hiſopum ſilfium, oximelli, &c.* En dolores ſine pleuritide, nec inflammatione, in his cliſteria ideo præcipit Hipocrates, quia purgantia timet, & reuellunt ſecurius; & addit poſtea medicamenta, quæ potius materiam anacatharſi ducant, tenuent, & incindant, præhabita præparatione, quam à principio expurgẽt: ac ideo dicit Salius: *Succedente ad lateris dolorem præcordiorum dolore ob materiam extra limites egreſſam, vtriuſq; ratio eſt habẽda, & illius, quæ in thorace reſidet, & eius, quæ ad præcordia confluit, illa enim ê thorace illiminanda; hæc autem diſcutienda, & ad excutionis vias præparanda, & vtraq; tenuãda, quod oximelli his mixto medicamentis acquiritur;* Ac reliquum curationis fomentis humidis, quieti, ſucco typſanæ, dulci vino Hipocrates committit: quæ omnia potius anacatharſi, quã purgationi conducunt; & adhuc inter illos, qui Præceptori plauſerunt, in hac purgatione, vt pelagus difficultatis euaderent, vnus Salius iure Hipocrates, inquit, in hoc caſu cõmendat pharmacum; *Quoniam materia tenuis, & calida, quæ petit hipocondria rationem habet turgentis, cum ea vagans, & non firma ſit, & ante quam in aliquod principale viſcus firmetur, illudq; inflammet, purganda ſub ratione turgentis materiæ venit:* Et non craſsi põderis, vt plerique voluerunt.

3. de morbis, 49.

in Cõmẽtario.

Si autem talis dolor abſque febre conſtiterit, qui pleuritidis nomen non meretur, vt Dureto placuit, aut à fluenti humore oppetitur, aut per congeſtionem conducitur; fluenti debetur reuulſio, quæ à principio poteſt exerceri, vt Galeno, & Præceptori placuit, vt celeberrima hiſtoria illius, qui linguam tumentem habuit, comprobatur; congeſto autem, nec reuulſio, nec vacuatio ante coctionem conuenit; non reuulſio, quia hæc debetur fluenti; non vacuatio, quia humores, qui partem obſederunt, Galenus ante coctionẽ non purgat; & hoc ad literam amplectitur Iacotius; ad hoc enim multa deſiderantur; in humore, & vijs, quæ ante coctionem non aſſequuntur; ac propterea venerabilis antiquitas, ſumma cauit religione: *Ne quis cita curatione ægrum læderet:* vnde medicis Ægyptiorum cautum erat, ne morbis ineuntibus validis vterentur reme-

2. cõcluſ. 2. coacar in cerolario phlebotomiæ. 13. met. 6 4. meth. 6 4. acu. 76 14. met. 8 4. acu. 22 1. aph. 22 4. acu. 77 2. cõacar text. 32. 2. in 1. epide. 45. & 37.

dijs

dijs;*quinimo ne quidquam in ægrotis ante 4. diem innouarent*(vt narrat Arist.)*alioquin suo periculo agebant.* 3. politicorum 3.

Hoc vltimò contra te pugnat in purgatione doloris descendentis, quod in mea opinióne solutionem non patitur, vt reuulsoria, dicis, debet fieri secundum humoris inclinationem, quo natura vergit;quod, an sit possibile, videant Doctores: reuma concitatū deorsum vergit,& versus hypocondria: & Galenus ad partes,quæ maximé longinquæ sunt, reuulsionem consulit faciendam; ergo per vomitum potius hæc esset peragenda; eam enim ob causam, cum é naribus sanguis erumpit,id retinent maximæ in præcordijs cucurbitulæ; & si num fluxio valenter irruit, reuellere ad contrariam studebimus; & si ad ventrem humores fluunt; erunt partes superiores contrariæ,& longinquæ,& non venter ipse;imó si molle, vessica, vtero, aut pudendo affectus sit, ad partes,quæ maximé longinquæ sunt, reuulsionem facies,dicit Galenus; & ideo phlegmonis oculorum purgatione per alium à concitato reumate prima die sanauit;de hoc mille extant exempla,quæ hanc doctrinam clarissimé redarguunt. 13. *meth.* 6. 5. *meth.* 3 4. *meth.* 6 13. *meth.* 11.

Fateor quod in huius doloris descēdentis interpretatione doctissimi viri á Galeno recedunt,sed reor,quod victi casus difficultate; & temeritate purgationis: nam Vallesius de dolore ventriculi, & intestinorum Hipocratem intelligit,quē sequitur Petrus Iacobus Steuc.in eadem sententia;Augenius de colico dolore,aut alio cōsimili flatuoso locum interpretatur,& Salius, quam dixi, tenet sententiam:cæteri feré omnes Galeni interpretationem insequuntur. 2. *acut.* 11. 2. *epidem sect.* 4. *tom.* 2. *li.* 1. *epist.* 1. *de morbis, sect.* 3 *text.* 126

§. IIII. *An pleuritis à sanguine vbiq; leuis.*

V*Elut in laberintum delapsi,dum prope finem esse sperabamus,retrogredi rursus ad principium reuerti cogimur;*Vt decantauit Plato. 4. dicis: pleuriticus dolor à sanguine potest absque sanguinis missione curari;quia leuissimus;humorem etiam ab sputo venaris, sanguineum á sanguine,flauum à bile, â melancolia nigrum, hęc certè est Præceptoris sententia;sed absque limitatione protulisti: vide ne te decipiat sputum sanguinis;quoniam ego tibi pleuritidē monstrabo cum sanguinis sputo omnium læthalissimam, quæ signum ab sputo omnino deludit in Præceptoris verba:*Est autem & sanguinea pleuritis, in qua sub cruenta reijcit, est quidem biliosa mitior,si non ruptiones æger habeat;sin minus dolorosior quidem est, sed non læthalior, at sanguinea fortis, & dolorosa, & læthalis est.* Hanc sententiam sic cōmentatur Salius; fit etiam alia pleuritis, inquit, *Dialog. eiusdem* 3. *de morbis*, 36.

ex

ex adusta bile,& sanguine tenui, quæ in loco inflammato concul-cata maleficã acquirunt naturam, & corruptionem profundam, ex qua corrosionẽ in membrana faciendo, sanguinem faciunt, vt erumpat,ita vt non solùm sputum cruentum exeat,sed purus sanguis:quæ ruptio non fit à bile,aut sanguine,nisi acrior, & mordatior extiterit; vt non sit mirum,si hæc pleuritis lethalior biliosa extiterit fortis, & dolorosa; hoc etiam fortasse vidit Præceptor, quando dixit,cruentum sputum,si à principio apparet bonum;inferius veró malum,cum tempore facta corrosione vltra 7. vt notat Mercurialis, indicat enim materiam inflammatione inculcatã, malignitatem assequi,& ex hac corrosionem consequi: hoc etiam adnotaui,quod præcipuam rationem non attulisti, quare sanguis mitti non debeat.Hanc attulit Duretus:*Ergo in tali pleuritide(*inquit*)per se sanabili à phlebotomia periculũ est, ob impedi, tam anacatharsim,quæ libertate spuendi,& liberalitate vitis naturæ respondebat;non taceam infirmitatem,quam infert repetita phlebotomia,quã diu pleuriticus libera fruitur purgatione sputi.*

2.coacar in apendice,in fol. & c. 26. tex.3.

Et in responsione ad primum argumentum historia Anaxionis,hæc tua sunt: *Necmirũ legenti apud Galenũ principium pleuritidis perdurare vsq; ad pauca cocta ægrotans cæperit spuere*:Hæc non dixit Galenus.En Galeni verba citato loco: *Quod si ab eo,quod est nihil spuere,ad spuere verum liquida, & omnino cruda fiet transmutatio,liquet,quod debilis,& obscura est huiusmodi permutatio, & non dum est finitum primum ægritudinis tempus, quod principium diximus nominari,quando igitur cessabit,atq; integrè ad augmentum morbus conuertetur,quando cæperit expuere pauca cocta, &c.* Hoc est, principium erit totum illud tempus, quo vel nihil spuitur, vel liquidum omnino,atque crudum, cum verò ab hac cruditate permutatur, ad aliqualem coctionem, mox cum illa incipit augmentum,quod de vrinis Galenus dixit in morbis venarum, tunc augmentum incipere,cum aliqua, licet obscura, apparet coctio, cum toto tempore principij cruda perseueret: hoc etiam clarissimis Galeni verbis ferruminatur: *Quod verò Hipocrates vocet principium (*inquit*)totum illud tempus morbi,in quo omnino crudus est, iam liquet,cũ antea dixisset concocta medicari:*subiungit postea;*non cruda,nec in principijs,ac si principium existat,quãdo crudus, incoctusq; est morbus*: Quod idem sequitur libro de totius morbi temporibus, ac ipsum Auicena; nulla ergo nec leuissima in principio potest apparere coctio.Præterquamquod,hoc solosigno principium fide-

1.de crisibus.

c.9.antecedente.

c.4.fen. 4.7.trac. 1.tom.1. cap.3.

ſidelius ab augmento diſtinguitur.

Pro cuius ſolutionis inteligentia libuit adnotare, quod in inflã mationibus, á tempore fluxionis deſumitur principium, ſicut & in catharris materia, dum fluit tenuis, crudaque, ac in vlceribus licores dum fluunt multi, atque prætenues; Galenus etiam febrium tempora ex pulſu ſe agnouiſſe gloriatur; ex multis alijs hæc ipſa poſſe agnoſci, viri illuſtres tradidere; notabilis eſt illa Præceptoris ſententia; *Vox blandior, atq; molior ex rauca, oculorum nitor ex caligine, reſpiratio libera ex freqnenti, lingua madida, & ſub rubra ex hiulca, nigra, ſicca, & aſpera non ſecus, ac hipoſtaſis alba, ſecundum notat iuditium:* Non enim minora ſunt argumenta, dixit Duretus, futurarum criſæon, & morbi temporum in qualitatibus corporũ, quam in pepaſmo metificati humoris, aut illius negatione. 9.*meth*.5 2.*coacar* *c*.7.*tex*.2

Antitheſis 2. in Apologiã de purgandi ratione.

LEntè feſtinat ſupplicium, haut tranſit impunemalus, ſeſe inopinoto profert Næmeſis Dea, male actorum, & improbe dictorum vindex.

Continet, & cubitum, duraq; frena manu.

Nec dubito quin Theſeus obtinebit iuſtitiam, quæ omnes hominum calumnias ſuperauit, nec enim aliena iniuſté poſſeſſa in pace poſſidentur, quinimo, & ipſa á liuoris tyramnide ab ipſa iuſtitia vindicantur. De hoc mirabile, ſi non magis horrendum emblema refert Blondus, de Roma triumphante, & in Marci Aurelis vita enarratur.

Cum piratæ quidam naui Palermum appuliſſent, vt ſpolia ab inimicis capta, inter ſe ſortirentur, ad maris margines (antiqua huius ciuitatis conſuetudo,) ac præda diuiſa, qua vnuſquiſq; potiretur, in antiquam Solini aulam ſe recipiunt; cum en ſubito in omnium conſpectum horribile, & crudele monſtrum ſe ſe profert; Arimaſpum quinque cubitorum altitudine, calvo capite, vndiq; euomens flammam, & ignem vndique, quale á Virgilio depingitur.

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum: Quẽ plauſtro conducebant leones, & hirſuti vrſi, quos vndique circũdant flammæ, & cum lenté circuiret ciuitatis plateas, in admirationem habitantium: en conſtitit ad aulæ fores, quæ ſpolia male parta

ta abſconderat; & ſubitò petit ſaltu leonem, cuius cidit auriculā, ac eius cruore has exarauit literas R. A. S. P. I. P. & protinùs ſyluam ſtridenti murmure petit; in ciuitatis conſpectum, vbi per triduum flammas,& fulmina iracundè proiecit,ac aulam cum omni præda in cinerem conuertit:quas literas phitoniſa Apollinis afflatu ſic aperuit;R. reddite. A.aliena. S.ſi vultis. P. propria.I. in pace. P.poſsidere: Reddite aliena,ſi vultis propria in pace poſsidere:nam,quod vult,habet,qui velle,quod ſatis eſt,poteſt.

§,I. . *Varia refutantur.*

fol.6. REquirit turgentia(dicis)aqueam caliditatem:loquere propriè in ſtadio, ſi in arena luctas:nec verba modis anectere,modos neruis aſtringere,neruos cantibus animare,opus ſcribentis eſt,neſcio an vſitatius; ſicut pegaſidum præcentori,muſicis laureato citharedo Apollini,ad ſacras hypocrenes ripas, inflare calamos,pulſare citharam,ferire lyram,nouem ſorores in choros partiri,&preſcriptis ad artis peritiam legibus, acutiores ſonos infimis copulare, vtroſque medijs lenire,& æqualiter diſpares voces,pari concentu ad ſuauitatis delitias moderari,nam vt Poeta.

Auſonius apudPōt.

Mentis Apollineæ vis has mouet vndiq; muſas.
Et ſtans in medio citharam pulſabat Apollo.

Nam aquea vrina,& aqueus humor frigiditatem atteſtantur;& tenues humores,quos comitatur turgentia,de calidioribus eligit,& non de frigidis petit.

§. II. *De cruditate accida,& nidoroſa.*

fol.12. HÆc tua ſunt; *ſicut per oris amaritudinem bilioſa in ventriculo excrementa cognoſcimus, ita per acciditatem melancolica; & per inſipiditatem, & nidoreitatem pituitoſa,&c.* 4.librum de cauſis ſymptomatum citas. Quod nec Megalis frigius intellexit , nos enim ſolos 3. nouimus,caput primum citaſti;ſed tuæ cum Galeni ſententia eſt antitheſis:prætérquamquod confuſio doctrinæ adimit ſplendiorem;en Galeni verba,*porro corruptellæ,quæ quidem nidoroſa ſunt,ex calidioribus,magiſq; bilioſis veniunt cibis; accidæ verò ex ijs,qui frigidiores naturā ſunt, magiſq; pituitoſi,ſimiliter etiam, & in excrementis fit,accidas creant pituitoſas,nidoroſas, quæ calida, & bilioſa. &c.* Duo non vidimus in Galeni verbis , & quod acciditas melancoliam atteſtetur , & nidoroſitas pituitoſa excremēta;imò cōtraria,calida ſcilicet,& bilioſa. Sed vt veritas pateat:

f.3 hæc

hæc ex professo differentem videamus Galenum: *Corruptionis ci-* 1. *de loc.*
borum generalissimas differentias agnouit, 1. à morbis ventriculi, 2. 3. & 4.
à vitiosis humoribus cumulatis in ipso, 3. ab alimentorum qualitate in
ducitur: Verti cibos ad nidorem absque morbo vẽtriculi bene pos
sunt, sic dicente Galeno: *Cùm cibi ipsi nidorosi extiterint præpara-*
tione, aut natura: si verò tales non sint ab igneo ventriculi calore, à cõ
fluente bile, si verò accescunt, à frigido accescunt, &c. Hoc tamen sic 8. *meth.*
reor intelligendum; vt vtraq; corruptio dum fit ab intemperie, 5.
quod hæc semper à frigore, & semper à calore illa producatur; & 6. *aphor.*
sic Galenum intelligo citato, & alijs in locis, sicut & Aristotilem; 10.
& sic cum Traliano solvitur antithesis, nam dicit, quod accida cor 6. *epide.*
ruptio interdum est soboles caloris, & nidorosa frigoris, & vera *sect.* 4. 25
dicit; hoc tamen contingit, dum ab excrementis, aut ciborum na- 2. *de fa-*
tura, præparatione, aut erroribus accidit; vt sunt oua, raphani, pla- *cult. natu*
centulæ, lacticinia, & fructus fugaces; quod nec etiam Galeno dis- *rali*, 6
plicet, qui valde accidam corruptionem adustione fieri plané 4. *metho*
testatur vitæ bilis exemplo; vnde si accida corruptio notat melan *rũ* 2. *lib.*
coliam adustam adnotabit; si ab excrementis, bene etiam potest 12. *c. de*
dum ab intemperie alia species, á frigore produci; flatus etiam à di *feb. ex*
minuto calore elleuantur, nec perinde non ab intenso, hoc enim *crudita-*
in materia tenaci, quĩ paruus non emolitur, calor experitur; quod *te.*
hipondriaci in adustis humoribus dant probatum ad sensum, in 3. *de loc.*
pyloro, in arterijs dorsi, à quibus eleuantur vapores flatulenti, & 7. *lib. de*
calidi à calida, & á frigida causa, vt aduertit Iacotius. *atra bile*
3. *de ple-*
§. III. *An dyssenteria purgatio, an critìca?* *nitudine*,

HÆc etiã tua sunt; *In dyssenteria nulla conuenit purgatio; & Au-* 11.
geniũ miror, quod criticam finxerit dyssenteriã, &c. quoad pri- *lib. 1. coa*
mum inter dyssenterias, quæ ab acri, & mordaci capitis distilatio- *car, com*
ne, aut à maligna cacochimia producitur, cassum maximé ponit *mentar.*
in ancipiti; sunt enim cõplures aliæ, nã vlcorifica, aut fit aliquatio 1. *tex.* 4.
ne pestilẽti, & nomas generat, quod Præceptor adnotauit in tha- *fol.* 30.
sijs, aut est critica acutæ febris abexcretione morbifici humoris, cu 1. *epide.*
ius editur crisis, & senibus maximé, vt Bioni apud Silenũ; quod *sect.* 2.
etiã accidit lienosis, & maniacis, aut nudo, aut prauo vlcere, vtrũq; 6. *aphor.*
enim cõtingit; hæc praua, & illa nõ mortalis. De hoc extat Hipocra 43. & 48
tis sententia, & istæ omnes aliorũ morborũ cõsectariæ, aut primo & 7. *aph*
venientis; propria, aut accidẽtia temporis, cõplexionis, & habitus, 5.
insita, aut per ætates accidunt, pro causa ducẽtes bilẽ, aut atram,

& sal-

6. *epide.* & ſalſam aliquando pituitam; quod varijs in locis adnotauit Ga-
ſect.5. 4 lenus.

aphor.21 Quod aliquibus ſit maximé neceſſaria purgatio in choacis, ſit
& 22.& nobis principium Præceptoris ſententia; *Dyſſentericis vomitio bi-*
3. aphor. *lioſa graue malum.* Duretus in commentario, cum natura morbifi
11. cis cauſis opprimitur, bilis flauæ meræ, & ſpumantis eſt indicium,
2.coacar ac nuntia prauæ affectionis, quæ intus latet; vnde bilioſa vomitio
c.2.text. circa initia dyſſenteriæ erit amplificatio; ſi tamen aluus liberè, &
3. liberaliter flueret, proderit, ſi non, vt ſignum; erit tamen vtilis, vti
cauſa: hoc à natura factum, quędam monſtrant exempla; *Ab arcte vèro, Erethbolai filius lactis, & ſen purgatione copioſa*; Multa enim præabundans materia, & lente ad inteſtina fluens, non ſolúm inſuperabilem indicat multitudinē, vt oduertit Valleſius; ſed vlcera cōtinuo illiſu deteriora reddit: ipſum audiamus, appoſite enim ſa-
2. *epide.* tis loquitur: *Ellaterium*, inquit, *non ſolum bis, & ter in dyſſenteria*
ſect, 3. *dari iuſſit, & illud bis, & ter feſtinationē continet*: quaſi diceret, ex
27. purga citó, ac, ſi opus eſt, repete, nec timeas affectam partem; magis enim præſeruat expurgatio malignum vlcus, quàm in tranſitu noxæ relinquat periculum; neque tamen hoc curationis genere in omni dyſſenteria vtendum eſt, temeritatis enim aliquid habet, excrementa omnia eo vocari quó cum magno hominis malo ſponte fluunt, ſed tunc ſolum, cum maligna dyſſenteria imminet, vt non alia curatio profutura videatur; pari currit periculo maligna capitis diſtilatio; vt par videatur poſtulare auxilium; quin imò Hipocrates lentas excretiones conſulit promouere, vt neceſſitati promotione ſuccurat, vel Methonis exemplo, quod prauos vidimus
2. *meth.* homines ab orci faucibus liberare. Hoc! exclamat Valleſius. Præ-
vltimo, ceptorem imitatur Ætius, Tralianus, & Galenus; & hoc maximè
ſer.9.ca. cum vacuatio temporis non exeuntis ratione eſt ſymptomatica,
15. *li.8.* hæc enim imperfecta decet, vt promoueatur; ſi tamen vires reſol-
c.6.& 1. uat, carnes coliquet, aut grandi ſebri æſtuet, tunc potius attempe-
epid.ſect. randa, aut ſinenda, vt voluit Augenius, & Valleſius, qui aliàs lac
3.5. 1. ad purgandum conſulit.

apho.23. Quo ad ſecundum, nec mireris Augenium, non enim criticæ
10.*epiſt.* dyſſenteriæ fictio eſt, nec illius inuentum; te potius admiramur,
tom. 1. Præceptoris lectione verſatum, criticæ dyſſenteriæ nomen vſque
epiſt. 3. adhuc non vidiſſe; Duretus ad illam ſententiam; *Bilis atra febris*
1.*coacar* *initio lethalis*; hæc bilis, inquit, feritate indomabili cæteris antecel-
74. lit, & omnia naturæ præſidia labefactat: é contra lienoſos curat

dyſſen-

dyſſenteria,à craſſa, & frigida melancolia, hæc mania, & valneis curat,criticc ducta ſeceſſu,translatione, & vacuatione in farctorũ humorum, & nequis putaret hanc fuiſſe abſq́ue vlcere, ad aliam tranſit ſententiam in eodem caſu:dyſſenteria illa,inquit,ſyptoma eſt reumatis conſiſtentis, ſæpe etiam,& concitati; ſed huius tamẽ per eam non raró fit criſis: reumate quidem conſiſtente, exulcera tio eſt inteſtini,eaq́ue,vel nuda, vel cum putredine; alia ab vlcere excretio entica, & febris acutæ, cuius editur criſis iuuenibus, & ephæbis per homoragiam; ſenibus per dyſſenteriã, quod legimus contigiſſe Bioni ſeni,apud Silenum,decumbẽti, & famulæ cuidã, cui ex menſium ſupreſſione critica dyſſenteria ſuperuenit, quæ illam perfecté liberauit. Varia exempla Hipocrates proponit varijs in locis; nec mirum, cum ſoli vehementiſsimi caſus optimas ſoleant criſes edere,ſine ductu materiæ: *vt Alcypo,quem acuta febris ab inſania prorſus liberauit,quæ etiam paraleſi non infrequenter, cecidit in remedium;lepientem curat febris, quartana ſanat epileptiã tertiana catharum,ebrius repẽte moritur,mutus,niſi febris adueniat; conuulſionem ſanat febris,ſi acuta ſit, nec prius extiterit, nam impar deteriorem reddit,ſicut apoplexiam lenta febris.* 2.*coacar* c.20.*tex.* 2. 4. *epide.* *tex.*92. 6.*aphor.* 43.& 48 & 7.*aph* 5. 4. *epide.* *tex.*132. 1.*coacar* 163.

Hoc vltimo confirmat alia Hipocratis ſententia notiſsima:*Dyſſenteria lienoſis,non longa vtilis.* Cui Duretus ijs cruenta egeſtio, non quidem hepatica, ſed albina, quam edit exulceratio inteſtini, nata ex glutinoſo, & acri humore,extra fertur perſinuoſa inteſtina,non longa, ſed preſſa leuiter, & fugare à forti contentione naturæ humorem morbificum,iam ceptum metificari confertim, ac celeriter expurgantis per loca lege naturæ commoda: vtilis, quia inde certiſsima eſt ſecuritas lienoſis per ſe quidem, quoniam vacuando, redintegrationem effert lienis multum à natura egreſsi: eſt alia etiam dyſſenteria vtilis,& critica gibberis, licet lõga ſit, & minimé fugax, quę quibuſdam gibberorũ lumborum libertatem attulit, cum ſanguis phimatis, ſeu tuberculi coxã, & lumbos luxans mitificatus,& ad paris formã verſus,confluit ad inteſtina,& à forti contentione naturæ in tranſitu, abrradendo vacuata materia peraccidens partes laxatas reſtituit, & propria ad loca reponit per ſympatiam Meſocoli,nervos lumborum,ex quibus conſtat in crebra egerendi contentione attrahentis; cuius etiam fecit mentionem Præceptor in loco coacarum citato;quod Momus ne quidem carpet, 2.*coacar* c.6.*text.* 8. 2.*promit* 5. 2.*coacar* c.6. *tex.* 5.

ANTI-

In Apologiam de variolis, & morbilis.

PRofundum certe pelagus euasisti, dicet aliquis; haud magnum certé dices, cúm deinceps, quód sequitur, videris: *Quæ non posuisti, ne tollas*, dixit Solon, sed est quædam natina emulatio, quæ homines reddit Antipodes, de quibus dixit Cato: *Qui nec orientem, nec occidentem vnquam viderunt solem*: hæc tamen honorem auget, nec ab illa maius potuit accipi beneficium, nam miles bellũ optat in gloriam. Ne cecutias ad lumen: *Nam qui se ipsum magis quam veritatem honorandum putat, quod iustum, bonum, pulchrumq; sit, male iudicat, decet tamen eum, qui magnus vir futurus est, neque se ipsum, neque sua diligere, sed iusta semper, seu á se ipso, seu ab alio quouis gerentur*, vt Platoni placuit. Nam.

Dialogo 5. de legibus.

Si quemquam ad magnos sapientia vexit honores,
Hunc citra inuidiam vexit, & ipsa virum.

Plato epistola. 2.

An ex hoc ipso delicto accidit omnibus, vt ignorantiam suam esse sapientiam opinentur, aliorum labores ignorantiam, ac se omnia scire arbitrentur, & ideo: *Si nostra tibi placent, honorare nos quoq; maxime debes, honoratus enim à te, te honorabo; non honoratus autẽ, conquiescam. Præterea si tu honorare me prius ceperis philosophiam videberis honorare, idq; tibi gloriam pariet, tanquam sapientiæ authori.* Memento igitur necessariam esse ad res gerendas hominum beneuolentiam, nam absteritas amicorum solitudinem parit.

Epistola 4.

§. I. *Morbilorum expulsio an vt plurimum critica.*

EXpulsio morbilorum (dicis) *in pueris, est critica, & in illa nullo modo est sanguis mittendus, &c.* Hæc conclusio nec semper, nec vt plurimum est vera, nisi habita distinctione, & epicheia: fateor, quod morbilorũ causa est sanguis biliosus, bilis, aut icor illorum; sed quo stimulo crisis concitetur, & quibus conditionibus oportet, videamus; an, vt iacet, sit vera conclusio: hic adest febris, & humoris excretio; illam sinochon dixit Auicena, secundum semitam putredinis; vbi Mercatus legit febrem ex peculiari conditione, Fracastoreus ebullictem contagiosam, secundum putredinem aptam sanguinem purificare, Mercurialis conclusam ab Icoribus

Fer-

Fernelius pestilentem, Auicenæ Commentator, à sola sanguinis
ebullitione sine putredine,&c.

In hoc omnes conueniunt, quod per ebullitionem sanguis pu-
rificatur,ab excrementitio,& infecto sanguine;est ergo ebullitio,
concutio partium aquosarum, & terrestrium medijs vaporibus,
qui permeant vniuersam substantiam, ab intensiore calore facta,
ad succi depurationem;per hanc enim liquantur succi, non solum
à calore adaucto, sed motu, & agitatione, quod lactis exemplo, *8. metho.*
Auenzoar explicuit,quod æqué in variolis,ac morbilis contingit; *6.*
á calore hanc fieri Galenus dixit; & per liquationem etiam partes *93, de lo-*
adinuicem separari alibi,& humoris expulsionem propriã insequi *cis 7.*
conditionem,& naturæ delectum,quod exemplis monstrauit: est *3. epide.*
etiam duplex ebullitio, alia perfectiua, & alia corruptiua, quam *sect. 3. 57*
per liquationem fieri Galenus dixit;*Illa enim humores facit tenua* *3. de sym*
ri,ac fundi ab intenso calore, & sæpe naturali, qui facit partes adin- *pto. caus.*
uicem abscedere ebullitione perfectiua, vt contingit in musto: à quo *2. ad f.*
partes adinuicem ebullitione separantur, ad vini perfectionem,
quod alijs etiam liquoribus experimur: quod in morbilis an fiat,
expresse docuit Auicena, & eius Commentator gentilis, & posse *1. epide.*
etiam sine febre contingere, non obscuré Præceptor in secunda *sect. 2. fo.*
tempestate inthaso, quod etiam amplectitur Vallesius; hæc sepa- *13.*
ratio absque vllo putredinis vestigio consequitur, cum maximé
videamus variolas,& morbilos interdum absque vlla febre germi
nare, vel saltim diaria, notissima est illa Auicenæ sententia, & *de*
hoc est,cuius causa est res quasi naturalis:hoc est calor parum natu-
rali adauctus,vt interpretatur Gentilis.Quod an posit intra limi
tes sanitatis euenire, aliquis dubitabit, & meritò, cum actio per-
fectiua non posit à morbo prouenire, ita sane est per se, peracci-
dens autem bene potest; cum hoc.tamen posse hanc ebullitionem
intra limites sanitatis accidere, aut saltim neutri à simili monstrãt
pleraque; nam intra limites sanitatis fervet bilis, & sanguis in ira,
hæc enim,vt placet Aristoteli, *est feruor sanguinis circa cor*: quem *1. de hist.*
postea sequutus Galenus:*Feruorem caloris*,dixit,*circa cor,&* ali- *animal.*
bi;*iram esse quasi ebullientem,& vehementem motum facultatis iras* *16.*
cibilis,quæ sanguinem,& spiritum,vt instrumenta mouet,quæ residet *li. de cau*
in corde,vt de placitis dixerat,præ æstus etiam efferuescentia mil- *sis morbo*
le efflorescentiæ in cute germinant,& parui tumores,quas vulgò *rum, 2.*
vocamus *ronchas*, & *sarpullido*: & puncticulas absque febre, *1. de diff.*
obseruat Lusitanus, cum sanguinis ebullientis excremen- *febr. 3.*
tum cuti natura pellit, & faciem, & oculos irati in ira solent *2. de sani*
præoccu- *tuend. 9.*

fen. 1.4, præoccupari, quod ad literam amplectitur Gentilis,& Rasis, qui
tract. 4. variolas, & morbilos benigniores ad cutim germinare, sine aliqua
cap.6. febre tradiderũt:quos sequitur Schonehius, hoc idem in filio suo
8. conti- obseruando; & Forestus narrat accidisse, in quadam sui temporis
nent. constitutione.

lib.6.ob- In hac ergo ebullitione perfectiua, quod vt plurimum,& sem-
seru. 49. per critica fit excretio, non dubito, quinimò, nec in alia, quæ dia-
anno næ febris comes est, licet ex ferventi sanguine, hæc enim licet sit
1563. natura putrida, est tamen constitutione diana, vt voluit Galenus,
8. meth. licet illam nulla comitetur putredo, quod humoralis sit, ad diffe-
retiam hæcticæ, & dianæ, vt Appollineæ cultiores tradidere; in hac enim, natura facile separat infectum sanguinem, nam vt plurimum incipit à materia cocta, saltim non putrida, & laudabili, vijs non occlusis, & robore virtutis; non enim patitur á morbo magno, nec alio graui accidente premitur; & hoc licet primo, 2. aut 3. die accidat, accidit in statu, seu dianæ febris, seu ebullitionis: quoniam in his, & benignioribus morbis, qui incipiunt á materia cocta, bene possunt prima die, statum obtinêre, quod belle Galenus
1. de crisi dixit, cum *breuissimè, & insensibiliter transit principium, & augmē-*
bus, 16. *tum, nec enim fieri potest*, inquit, *vt morbus proprium statum reci-*
& 17. *piat, non præcedente principio, & ascensu; extreme breue vtrumq́; sæpius contingit fieri, adeo, vt prima die morbus ad statum perueniat:* dicit ille,

4. methe. Est alia ebullitio, quę corruptiua dicitur, & per hanc, infecti, & excrementitij humores à laudabili succo separantur etiam, vt placet Aristoteli, velut dum in putredine humidũ separatur à sicco, ab extraneo, & putredinali calore, ebullientis succi, per hanc in febribus salutaribus depurantur humores, & simul pars corrupta ad incinerationem terminatur; cuius separatione rectificatur laudabilis, nisi, ebullitio superflui processisset, tunc enim bonum simul corrumperet; quod etiam Auicenæ Commentator aduertit, musti corruptionis exemplo. Hoc fieri dixit Auicena: *Secundum semitam putredinis cuiusdam*; licet alij, secundum altiorem gradum contendant, vt Fernelius; hæc ebullitio semper habet, cum sanguine analogiam, licet alij dominentur humores: is enim primæuam, & originalem contraxit labem; & ideo licet bilis tenuior, & icores cuiusque humoris effervescant pars sanguinis excrementia infecta, & obducta contagio, hæc debet necessariò per ebullitionem depurari; & cum hoc per putredinem fiat, rarissime incipiet à materia

ria

ria cocta,& à crudo femper. An ergo vt plurimum fit critica morbilo rum expulfio, vt tua fert conclufio, in materia cruda, videant doctiores in hac fecunda ebullitione corruptiua. *Putredo enim; eft corruptio proprij, & naturalis caloris: pepafmus autem alteratio, quæ facit ceffare putredinem.* Dum fcilicet, aut per attemperationem corrigitur putredinis principium; aut partes putridæ coctione, omnino feparantur expellendæ, vt Galenus defiderat; poffe ergo in principio tam cito corrumpi, & ceffare putredinem, fecundũ eandem actionem, & partis fubftantiam; & hoc, vt plurimum videbant alij; grauifsimi, & doctifsimi medici Hifpalenfes agitarunt olim, & hoc, pene omnes rati funt; vt fi incipiat á materia putrida, non poterit effe, vt plurimum perfecta crifis, nam in morbo acuto, irrito entifmo, denegato pepafmo, & viarum anguftia, ex curfus fperatur fymptomaticus, contra ac robore virtutis apparente pepafmo, ac de obftructis vijs vera crifeon, quod in cruditatis principio nouit nemo, nam fperata laudabilis, & per ex curfum cathifim facilis tolerantiæ, femper fequatur oportet coctionem, & difcretionem, à quacumque radice producatur, nam in mea fententia femper crifis eft á radice inferiori, vt placuit Celfo, li.3.cap. 4. quæ omnia an fic fine in morbilis contingant, dicat Gilbertus Anglicus: *sunt variolæ, & morbili inquit infectiones vniuerfales, quæ fæpifsime fequuntur peftilentes febres ex mala crifi, & materia humida conclufa, & fanguine turbulento, & aliquando, ex multitudine materiæ corruptæ, ac potifsimum replectione fanguinis.* In hanc etiam, it Eraftus parte 4. fol. 62. fentẽtiam: *Quod porro humores puerorum,* inquit, *mala qualitate venenofa præditi fint, luculente, firmeq; demonftrant morbili, quibus laborant omnes, quorum caufam nemo non intelligit occultæ malignitatis quidpiam obtinere, &c.*

Artis med. 84. 4. aph. 22

1. aph. 20.

1. aph. 20.

Lib. 7. de variolis.

Illa conclufio, *& crifis laudabilis afilum hoc vnum habet in materia, quia tenuis, & laudabilis,* ante quam putrefceret talis erat, poftea vero amifit fideiuforem benignitatem fcilicet, & fortaffe tenuitatem. Etfi dicas adhuc, quod quia tenuis, licet putrida, cito poterit affequi coctionem, vt laudabilẽ cito affequatur crifim? quod aliquando fiat non inficior; quod vt plurimum, abfolute nego: non poterit enim per acutos morbos in tenuitate fuperare, & ij in 4. extremos habent labores, & morbili laudabiles in 2. & 3. & debiles, & paruæ febres, quæ 4. die finiuntur, incipere á materia cocta iudicauit Saxonia; cum ergo incipit à materia putrida, nec femper, nec vt plurimum laudabilem affequitur crifeon, nam ad huc in materia benigna; quibus 4. die nubecula apparet 7. crifim expecta; omnia tamen debent confpirare in bonũ, dixit Duretus, in qualitate corporis, in actionibus, & in extremẽ

Cõtra paracelfum.

1. aph. 16.

3. prog. 2. 4. coacani ca. 2. tex. 4.

 tis,

tis, ne sint impeditio crisis fæliciter ineundæ, nam quæ initio bona sunt epiphinomena sæpe mutari in peius, tum inconstantia bonitatis; nam quæ suo statu firmiter bona hærent, sæpe vincuntur a malis; quot ob causas solet illa symptomatica reddi: puerorũ voracitas non incrassat adhuc humores tenuißimos? Acerrimus non ante tempus anticipatur? Multus principalia, sine delectu non petit, vt turgens? Vinum debilitas deliberali, & libera vacuatione non detrahit? Dicat ephidrosis, & sanguinis stila dicat, cutis stinosis naturæ impetum non detinet? Ac prauæ metasthasi occasionem præbet: diaphoresis, non incidit cum necrosis periculo? Humoris feritas naturæ agnouit frenum? Dicat Præceptor bilis atræ exemplo; quod Galenus non tantũ ad cæteras vacuationes, sed transmutationes praui humoris extendit in morbi principio: non ne in pluribus perseuerat febris prauæ crisis inditium, aut deminutæ saltim: nam quæ perfecte iudicant morbi, & accidentium leuomen portaret?

3. *de cri*. *sib*.6. 4. *apho*. 22.33.24.

Symptomaticæ crisis exempla in morbilis, non pauca attullit Auicena, & eius comentator gentilis, dum virtutis defectu in corde, & pulmone posuit germinare; in iecore, & liene Fernelius, in visceribus parcus; & cum morbo impar, aut par extra, excretionem æque malignã indicat fortasse ex Galeno, qui in hoc assentit præceptori. Colorum varietatem vt prauum symptoma in morbilis, & variolis damnauit Auicena: ob ebullitionis inæqualem putredinem dixit Cómentator, vt si virides, violacci, nigri, albi, citrini, rubri, semper praui, sed prauiores semper, si cito occultẽtur; quoniam maligna fit metasthasis, quam & Hipocrates, vt prauum damnauit symptoma. *Quoniam licet omnis sit praua, humoris maligni est lethalis: substantia tenuis qualitate aeris temperamento calidi, quia materia, quæ corruptione propria substantiæ in vitio est, partium, in quas transfertur complexionem omnino labefactat*, nostra est illa sentẽtia, *Dolores circa lumbos, si ad diaphracma transeunt, pestiferi*: cuius sententiæ exempla *sunt philiscus, & pythion*. Ac ideo prauæ crisis suspicionem affert, vt notat Auicena, & rustici historia Forestus, ac duretus reddit rationẽ; cum inde sincopis fluxus ventris, & mictus sanguinis vt plurimum lethalia superueniant; cum aspirigia inter calari, & impotentia critica, quæ semper tendit ad malum, vt Critoni, qui ideo adelyrio nequiuit resipiscere, ex humore à crure ad caput recurrente, vt Caluo in lansa.

2 *de ab*. *dit*.12. *li*. 10.*cap*.1. 4 *de losc*. 3.3.*epid*. *sect*.3.36. & 6.*epi*. *sect*.1.17. & 6.*aph*. 25. 2. *coacar*. *ca*.15.*tex*. 3.4 & 5. 2. *progn*. 68. 1. *coacarũ* *text*. 14. 51. & 53.

Sed dato quod optima, & vera sit crisis, ad huc in hac tibi casum monstrabo, quo conueniat sanguinem mittere, quod absolute negas: scilicet, vbi in vera, & critica expulsione, tantã expellat natura humoris multitudinem, vt extremorum necrosis timeatur, aut insignis ad

prin-

principalia decubitas, & hoc venabimur symptomatum magnitu-
dine, quod etiam Mercatus aduertit tusis raucedinis, fluxus ventris,
sed certius á morbilorum multitudine, & alismo ex succi conditione,
& periculum non stat ex parte crisis, sed membri recipientis languidi,
quo gangrena caloris suffocatione timetur. Quod an possit accidere,
belle adnotauit Duretus ad illam præceptoris sententiam, *cuilibet in* 1. *Conca.*
febri proxima mors est. Hoc tamen, inquit, de nigrore suspicari non li- 72.
cet, vt qui sæpe talis apparet in extremis, pro lapsu materiæ per abcis-
sum, qui leuationẽ si affert, superstes manet æger, & à morbo, quo pe-
riclitabatur, sanus. Belle dixit præceptor. *Critice potest materia abcedere* 2. *prog.* 9.
ad articulos cum necrosis periculo, non necis, nigrescentibus digitis, aut pedi- 1. *coacarũ*
bus. Dicit Iacotius, *si reliqua signa salutari, & eo materia translata æger* *com.* 1 *tex.*
leuius habeat, soluaturq́, aut remitat febris, abceßus erit salutaris. Quod pe 31.
riculum vt morbilis vitetur potest, & debet sanguinis misione præ- *Olorius* 2.
caueri, nam magnum remedium, non solum indicatur à morbo mag- *coacanum*
no præsenti, sed adhuc imminenti. Nemo non neuit hoc Galenum di- *com.* 2.
xisse, & phlemone oculorum confirmasse; sed ad litterã princeps lo- *text.* 28.
quitur. *Et quando est necessaria phlebotomia, inquit, & non phlebotoma-* & 32.
tur iterum, licet antea missus esset, timetur super ipsum corruptio extremi- *Lib. de*
tatis, & similiter timetur quandoq́, extinctio, & ventris solutio, & quid *sang. me.*
simile: nam multo humore calor non distatur, sed obruitur, & suffocatus pe- 12.
rit: In hoc casu expediret, dicit cõmentator, phlebotomare, & non sol- 13. *meth.*
uere ventrem, nam idẽ periculũ imminet intestinis, ac extremis, non 11. & *de*
aliter ac fieri Mercatus consulit in parotide, dum humor ruit, suffocan *sang. mis.*
ti periculo; nec erit ex hac sanguinis misione retrocessus periculum, 6. 9. 11.
nec naturæ motus impedietur, cum solum superfluum, & irrigulabile 12. & 17.
dematur. 4. *acut.* 22

§. 2. *Praua in Crisi an certiora symptomata.* 24. 25. 30

SEcũdo dicis optima crisis nõ habet illa symptomata grauia, moles & 37.
ta, & periculosa, quæ solent superbire quãdo nõ est tuta; ac si essent
vna signa critica moriẽdis terribilia, & alia victuris mitiora, & signo-
rũ Catalogũ proponis. Os citãter Galenũ perlegisti, nã æque terrebi-
lia vtriq; statui Galenus proponit signa antecedẽtia, & critica saluã-
dis, & moriendis, nec aliquod distinctionis signũ: cũ tẽpore solũ dis- 3. *de crisi.*
tinguuntur, nam si præcedente pepasmo, certantis naturæ sunt, si ve- 4.
ro denegato morbi vincentis, aut vehementer pugnantis: nec huius
rei veritas derogatur à Galeni sententia, nam triplex signorũ genus
cũ proponat omne ratur infidum, & contraria signans indiuersis tẽ- 1. *de crisi.*
poribus. *Nam alio tempore eadem secundum aliam dispositionem critica* 17.
sunt, & ob alia praua symptomata, hoc est, ad necem, vel labori termi-

nanda. Illa vero quæ præcedũt crisim, neq; bonũ, neq; malũ significãt (dixit Galenus) *quæ vero signa, & causæ necessario hãc cõmitãtur crisim.* Sed hæc, illis fore terribiliora, non dixit, bene tamen bonum, aut malum significare, & hoc ideo, quia saluandis terribilia detrahunt de virtute minus; cum aliquando magis terreant; moriendis vero quia irrita fiunt, ad illa omnia fere præsidia collabuntur, inter dum namq; dixit Galenus: *In vehementissima febri adiuncta vigilia, fastidio siti, alijsque asodes, & delyrio, omnibus ægrotantibus domesticis præteritis, ac flentibus quem piam, licet, rigorem, & sudorem morbiq; solutionem, scienter prædicentem Æsculapium esse videri firmiora enim sunt, quæ diebus criticis accidunt*: quod etiam adnotauit præceptor interdum bona, iam mala, dixit Iacotius. *Si enim illa, ex cretiones sequantur, in partes salutis defluunt, si vero absq; illis, in nocis spolia collabantur.* Quin imo quod veram inter dum crisim, vehementiora sequantur accidentia, grandiora symptomata, pro morbi vehementia, & acutie, quam parit feruidus, & calidus humor, qui vehementer naturam lacessit, & concitat ad pugnam vbi maxime per ex cretionem est finienda crisis: quod, vt iacut Galenus, vel huic soli sententiæ deputauit. *Cum vehementissima pugna,* inquit,

3. de crisi. *crises fiunt, vsq; ad* 14. quo acuti optima funguntur crisi: natura enim

4. 2. de di. audacius it contra, quo periculum est maius, modo non sit effæta vi-

decret. 8. ribus, vel nimia prorsus morbi potentia occupata, vt symptomatica

& 9. crisi. Vbi notetur obiter quod ideo in moriendis, aut irritis acciden-

Lib. 1. co tia, non ita vehementia concitantur (quod etiam adnotauit Iacotius)

charũ. co. quia succumbit natura irrita, crisi frustra tentata, morbusq; de natura

1. tex. 37. triumphat, quod accidit, vt plurimum, â materiæ contumacia viarum angustia, & expultricis debitate: é contra triumphante, & vehementius, & alacrius pugnat. Quod etiam factitant animalia, cum se afligi acerbius, & vrgere cernuntur, vt contra pondus palma, nec alia ratione purgantia conducunt, quia naturam vellicando lacessere, & dor-

3. de crisi. mientem ex citare, ad noxij expulsionem, quod absq; conturbatione

1. de dieb. non fit. *In his vero,* inquit Galenus, *ne perterrearis, etiamsi delyrare, ac*

decret. & *subsilire videas.* Quod etiam ad litteram placuit Iacotio.

1. ad Gla- §. 3. *An plebotomia in morbiloni crisi.*

ne 3. coac. Ergo *in morbilis,* dixisti 3. *dũ natura iudicat, & ad cutim trudit, siue per*

com. 1. tex *fecte, seu imperfectè iudicet, sanguis mittẽdus non est, nisi per acta iudi-*

2. *catione: nemo enim imperfectã iudicabit crisim, dũ fit.* Galenus fluẽtis im-

9. Met. 5. petũ expectare mãdauit. Sed an in symptomaticis æque, ac in criticis, nõ dixit; vtraq; ab impotẽtia, & pẽdere grauãte poterit aduenire, sed symptomatica, cũ materiæ cõtumacia, & viarũ angustia, & in hac nulla excretio, nec aliquis ab cessus exoluẽdæ affectioni acõmodatus

erit si

erit ñ malignæ cacochimiæ sit particeps, aut cũ inflãmatione cõiũcta, vt Durectus ad notauit, nam in ipsis excretionibus, adhuc malignitas interficit, vt acerbitas coxarij doloris, in supurata parotis, profussa aluus in causone, aut in maligna febri; testimonia in choacis habentur, præstat enim naturam feriari, quam aliquid frusta moliri, quia omnis irrita prorritatio morbum alioqui sanabilem, ex euentu reddit insanabilem, aut certe praui iudicij, fractis fortasse viribus, à maligna cacochimia, abundantia, aut qualitate, vt varijs in locis adnotauit præceptor. *1. Coacar. 131. 2. Coacar. ca. 11. tex. 19.*

In hac ergo symptomatica excrectione, aut alia quacunq; sit, si natura in pugna occumbere timeamus, ex honere grauante, aut grauioris alicuius accidentis accessione, quid faciemus: corpore adhuc pleno, vrgentia graues compulit viros stabilita transgredi. Gariopontus in, *Accesione sanguinem mittit, si mediat graue accidens, vi phrenesis. Galenus cibum obtulit accessionis principio*. Hoc iudicas cucurbitulis posse suppleri; vide netibi is cum Galeno, & Oribasio sit, vbi maxime natura non expellit præ onere; in hoc casu Mercatus, qui Siluaticum autoritate superat á parentibus puncticulis, sine impetus expectatione neq; exitus, si naturam ita onustam considerat, vt præ onere non valeat expellere, mox ad sanguinis missionẽ confugit, sine retrocessus timore, imo securiori prouocationis spe. *Exonerata enim natura reliquum facilius expelit*. Cui validissimas annectit rationes. Sic sentit Salius, sic Thoreus, & omnes fere recentiores, hoc Galenus, illustri confirmauit exemplo. *Apparente enim carbunculo in febre pestilenti, venam secat*. In medio febris impetu, dum natura ad cutim trudit, sed quia imperfecte, onus, vt libere expellat deponit, & alibi apparente parotide, cum signis plenitudinis ad sanguinis missionem confugit, sine retrocessus timore, excretione non obstante, sed fere ad litterã alio in loco apparentibus. *Pustulis vt in superioribus operatur*. Nam impetus illa expectatio, solum imperfectæ competit crisi, quam pepasmus insequitur, quia hic, non obstat multitudo, sed virium defectus, ac ideo Galenus, ad illam sententiã, *quæ iudicantur, & iudicata sunt integre*. Dixit, cui siquid desit, nos opportet supplere non ad libitum, sed quo natura vergit; hæc enim ideo subsequitur sententia, vtraque enim de vera intelligitur crisi sed imperfecta, & non de symptomatica, vt placuit Galeno; & Salio. *3. Coacar. capit. 13. text. 1. Lib. de febr 24. 7. Meth. 8. & 10. Meth. 17. et lib. de cucurb. 11. Meth. 15. 14. Meth. 10. 3. 2. locos 2. 2. in 6. epid. 29. 1. aph. 20. Lib. de febr. pestilẽtica. 24.*

§. 4. *In Methonis historiam.*

IN fine in Methonis historia dicis, non eo tantum consilio Hipocratem caput lauisse, vt sanguinem prouocaret fluentem, sed vt vigiliæ, & delyrio mederetur; non ne delyrium adetento sanguine

cita-

citabatur, & vigilia? si ergo ob solam prouocationem faceret, non ne plenissime, & à scientia fieret, sic suadet Herophontis historia. *Cuius causonem, cum Vrina nigra, Vigiliam, et delyrium deiectio sedauit biliosa,* aquo succo hæc omnia originem ducebant, vt aduertit Palesius? Catholicum est illud theorema. *Cum suppressio alicuius euacuationis est morbi causa, eius reditio est morbi medella.* Sāguinis suppresionem in capite calidioris mōstrabat, stila sanguinis delyrium, & vigilia, sed monstrauit apertius, quod cum libere flueret liberatus est Methon; Nec est minoris authoritatis Galenus, qui ob sanguinis prouocationē caput lauisse Hipocratem asseruit. Præterquam quod, hoc vtei q; varijs in locis confirmauit vt reditio detenti humoris, omnino mederetur symptomatis, quæ ex hac retentione fouebantur: dum in morbis á dispositione pendentibus hoc versetur, nam factis, & in habitu, ne si prouocentur proderit, vt in hydrope, tabe, & fanatica dementia: sed hoc ad litteram confirmauit Iacoctius. *Fluxionem Hipocrates*, inquit, *non satis copiosam latrone capitis iuuet, quia quo natura repit, eo ducere oportet*, &c.

1. epid. sect. 3. ægrot. 3.

6. epid. sect. 4. text. 4. et sect. 3. 57. et sect. 5. 25.

4 aph. 25.

Lib. de nati. hum. text. 5.

Auicena fen. 4. 1. cap. 3.

Lib. 3. coaca. com. 1. text. 2,

Antithesis 4. in 3. Consultationes.

§. 1. *Guturis Vlceri carbuncoloan hyrudines.*

HAEC tuis medicinæ quas habui apologijs adnotaui; nec plura possem, licet plures haberem, deficit tēpus, nec suppetit voluntas. Hanc tamen libuit consultationem ad notare, in domina Eufrasia de Mendoça: illustrem hanc iuuenem 18. annorum guturis vlcus tenuit carbunculosum, post quintā sanguinis missione conuenimus, & iteratam leonicarum sectionem vrgebat suffocatio, & à parte vacuationis necessitas, nec aliā ferebant vires vacuationem insignē, quo in statu in hac fui sententia, vt hyrudines parti externæ vlceri respondenti aptaremus, & secundum Hipocratis, & Galeni præcepta, & optimam occasionis rationem, quoniam iam fluxio constiterat, vrgebat suffocatio, quando necessitas omnem superabat celeritatem: nam instans aures non habet, vt inanem verborum audiat consolationem, vbiq; ipsa celeritas mora est; in hoc statu contrarius extitisti. vti semper. Hac sola ratione, quod indurata carbunculi crusta, non erat per hirudines euellenda, & cognitæ adhuc veritati obstetisti, est enim qua q; in re vnica, falsitates tamen eam stipant multæ, sed omnes ad illius splendorem, sicut nubes obscuræ ad solis lumen dessipantur, disparentq; Non ne generale vacuationis præceptum, hoc velut digito monstrabat? *At si fluxio iam restitit, atq; membro incessit, deriuare per vicina magis expedit.* Non ne Galenus carbunculum post generales vacuationes scarificare iussit? Vt si non humor impactus possit euelli,

4. Meth. 6.

14. Meth. 10.

euelli, saltim vt circunstans, & crustosum fouens euelletur, vt idem met adnotauit. Non ne in extremis quod omnem superat temerita- *6.aph. 45* tem, *ad laringostomiã manus extendit*. cui, & alijs temerarijs subscribunt *Lib. detũ.* Celsus, & Galenus. Non ne remidium partis indicabat situs? dicat Ga *praterna.* lenus, & dicat Oribasius ex Antili sententia. *Illis partibus*, inquit, *hirudines adaptabimus, quibus cucurbitulæ non possunt*. His etiam subscri- *cap.6. li.* bit Mercurialis, & Olerius, qui etiam ad partis scarificationem confu- *2. cap. 10.* git, non ne hirudines ad hoc valent? dicat Galenus libro de hirudini- *10. meth.* bus, sanguinem carni adiunctum dixit trahere, crassum. & fæculentũ *10.* dixit Castro, & plusquam cucurbitulas Auicena, Doctor Ildefonsus *13. Meth.* Nuñes doctissimus huius seculi vir, si non dicimus virum multorum *21.22. li.* seculorum, hirudinibus vtitur, in hoc casu? Idem tenet Mercatus, Sa- *4. de mor.* xonia, Fernelius, Salius. Hoc ex medicinæ principijs deductum reor; *mul. cap.* nam licet mihi sit inueneratione Doctor oppositus, non me cuiquã *1. lib. 1. de* mancipaui, nullius nomen fero, multum magnorum virorum iudicio *morbis in* credo, aliquid, & meo iudico, illi enim non domini nõstri sunt, sed *ter. 23.* duces, qui non inuenta, sed quærenda reliquerunt. *Fen. 4. 1. cap. 22.*

Tuo autem argumento tibi ipsi satisfacis, quare ex leoneis missisti *Consil. 24* sanguinem topicum, & peculiare remedium, pro partis ipsius vacua- *de præsid.* tione, & in hoc par, & æquale sanguisugis: aut fecisti, vt scaram euel- *ind lib. de* leres, aut vt circunstantem sanguinem vacuares: non auulsisti scaram *ven. scit.* pallam est, ergo licet sanguisugæ illã non euellerent, non ideo essent *19.* repellendæ. alias possunt idem consequi, & intentioni satisfacere, si- *super 3.* cut illa quæ vacuant a parte: alia ergo tibi quærenda ratio. AEgregie *de morb.* enim dixit Demerius. *Plus prodest si pauca præcepta sapientiæ teneas, ea q; ad manum, quam si multa didisceris, sed illa non habeas in promptu, luctatori enim, non refert quam multa sciat, si scit quantum victoriæ satis est.* *21. Seneca li. 7. de benef.*

§. 2. *Anstomacus ante vacuationes roborandus.*

2 Consultatione casus extitit dominæ, D. Catharinæ de Contreras, hic erat duplex tertiana declinans ad legitimas, ac cuiq; principio vomitus bilis anxia, iactabunda, cum alissimo impatiens, fastidiosa imfestabat cordiales, ac ventriculi dolor, per totam fere accessionem nausiabunda, in hoc statu sanguinis missioni conuenimus, sed ante illam sicut, & ante pastum in febris declinatione, illius mihi visum fuit stomaci os, absinthij oleo roborare: cui rei obstetisti, hac sola ratione, ne ventriculo delapsus humor in carcere detineretur, vt postea deteriora concitaret accidentia. Modeste discessi victus, non ratione, sed vincentis fortuna tutius esse ratus opinionem pati, quam modestiã. *Vbi certe vnusquisq; se ipso lenior factus extollitur,* *Dialog. 2.* dicit plato, *audaciaq; repletur, nec audit proximum, sed tam sui ipsius quã* *de legibus.*

caterorũ omnium, ducẽm eſſe ſufficientẽ exiſtimat. Si fortaſſe terram, & aquam, vt Scythis mos erat poſtulas; creſsi, & Policratis finem intuere prius: & Xerxis infamem fugam, qui poſuit compedes Elesponto, verberando maria, & abſorbendo flumina, ac Edipol accepto poculo, vt mos erat pænis, è terra cinerem linges, omnia enim (mihi crede) etiam fælicibus dubia ſunt. *Si igitur mihi parueris*, vt alio dixit Socrates. *Haud hoſtiliter contentioſe q; ſed propitia, mittiq; ſententia, nobis ſedens veritatem inuenire conaberis; licet haud facile ſit, ſic abire, vt rem ipſa deficientes ſe inuicẽ ſolum doceant, atq; diſcant.*

Erodotus, li. 4. Melpomen. *Senec. Epiſt. 101.* *Dialogo theetetus, de ſciẽtia.*

Duo reſtant nobis diſcutienda. An ſtomaci roboratione oleo abſinthij coerceatur humor. Secundo an hoc ſtomachi officium, & nobilitas poſtulent Quo ad primum, Galenus retentionem in humoribus docet fieri, cum meatus clauditur, & contentũ à continenti, haud impellitur, ſed per coarctationem comprehenditur, & retinetur, quare illa quæ ſua adſtructione meatus claudunt, & humorem denſant, & faciunt craceſſere fluxus, retentioni erunt acomodata, nam ideo acerbum á Galeno laudatur, quoniam, *quæ magnopere acerba, abſteraq; ſunt*, inquit, *primo contactu denſantia humorem ingredi, imbibiq; probibent.* An ergo, in abſinthio meatus claudere, & humores denſare reperiatur, in Galeno videbitur. *Adſtrictoriã*, inquit, *amaram, et acrẽ, ſimul qualitates poſsidet, calfacit, extergit, roborat, et deſiccat maiori parte calidum, quam frigidum, calidum in primo. ſi cum in 3. dixit* Mcſues. *Compoſitum ex calida, et tenua ſubſtantia Galenus.* Calidum ſcilicet cum adſtrictione, quo fit, vt partis ſubſtantiam roborare queat, ac eius laxitati obſiſtere, ſed non conſtipare, nec humores denſare, hoc enim acerbæ frigiditatis proprium eſt, in Galeni doctrina: ac proinde, nec poſſe humores in ventriculo coercere, nec detinere, vt deteriora concitet accidentia, quod exemplo confirmat Galenus, & Mercurialis ſubſcribit.

6. de Loſ. 6. *4. de Simpl. med. facul. 9. et 11.* *6. de Simpl. med. facul. de abſinth.* *13 Meth. 16.* *4. de Simpl. med. facul. 18* *1. ad Glauc 14.* *11. Meth.*

Quo ad ſecundum, hoc peculianter ſtomachi nobilitas poſtulabat, indita à partis eſſentia tecmarſi, quod Galenus, vel ad literã dixit. *age ergo ſi quis febricitet*, &c. Roborantia enim, vel á principio duxit applicãda, & Cõmodo imperatori mãdauit, & tercianæ principio conſuluit. quod etiam Gariopontus antiquiſsimus, ſic periude præcepit, nec eſt huius cum alia Galeni ſententia antitheſis nam. *Tutum non eſſe cataplaſmatis, et profuſſionibus vti ante vacuationes*: de digerentibus intellige, non de roborantibus: mille enim exceptiones patitur hæc ſentencia, in alopecia, in benigna pleuritide, impunctura, & quando vacuationi locus non datur, vt in colico, & nefritico, vt Auicena dixit, & Galenus expoſuit.

15. de præcog. ad poſt 11. *1. ad Glaue 9. lib. de feb. in præmio.* *1.2. locos 8* *6. epid. ſcit. 3. 40.* *6. Meth. 19.*

Hoc

 Fen. 4. 1.
Hoc idem fieri postulabat, & affectus vrgentia, vt etiam ad notauit Galenus in facultate, quæ totum corpus gubernat, quæ, si labitur cæteras mox præcipitat, vt idem postea adnotauit, nec præteriuit Salius & Galenus, *in principio fecit accessionis, & diarrea principio*, quod Auicena, *influctuante humore in ventriculo maxime duxit necessarium*, & Galenus, *vel cum minima debilitatis ventriculi suspicione, vel ab initio cum contra Thesalum, qui Theaginem laxantibus necauit, disputauit*. Hoc idem, ne promore, à iecore stomachus reciperet, etiã præcipit facere, & in picrocolis Auerroes, & Nonius medicus antiquissimus, & Præceptor mulieris exemplo, *quã polerita, & succo granatorũ persanauit*; quẽ in hoc etiam Galenus imitatur; offa panij succo granatorum imbuta. Quos omnes sequitur, Paulus, Tralianus, Izac, Haliabas, Gariopontus, Gordonius, Mercatus, Trincauelius, Amatus, Franbesanus, Siluaticus, Saxonia, & omnes fore, dummodo ad vertatur, quod nobis nullibi, ac nunquam placuit, bilem detinere, sed prius semper, & omni ingenio prouocare, aut sinere, vt flueret, seu vomitu, aut aliter, transacto vero impetu, & vacuo ventriculo, & declinatione accessionis, vt stomachus roboraretur consuluimus.

tract. 1. c. 23. 2. acut. 1. & 6. epi. sci. 6. tex. 5. 7. Meth. 12. & 13. 1. de morbis 14. 11. Meth. 11. 8. meth. 5. Fen. 4. 1. tract. 2. cap. 15. 13. Meth. 16 & 15. 7. Meth. 11.

§. 3. *An nota tertiana purgare liceat augmento.*

TErtia consultatio in Excelentissimo Comiti Nebulensi. Nam dominum vtriusque nostrum Tetrarthæi imago à principio corripuit. Semper lythoperica, à pyretos non semper, quam reor induxit, stinosis, ob mora inlittores, cuius dã fluuij, quo sedẽs morabatur. Hæc typica post principium, notã æmulabatur tertianam, ac ideo macro noxiã, sed cum aneli semper, per arcyos, fere, dies increscens fortius, vt philisco; quos minus sequebatur hypodexis, ac postea stinosim, em phraxis sequitur, ac illam febris productio, qua optima, plumbea redditur philis, ac deinde febris iugis, cum falsa periclosi, nec iam ad epy repteam veniebat, imo iam dificiliorem reddidit, catascheſim, quæ á principio facilis videbatur, ac indita thecmarsi, epanordosim, temedijs intendimus, nec ideo disphoria sedabatur in accessione, ac omnibus ex arte factis. Ad 21. manifestius incepit pepasmus apparere, quo coctum medicari, secundum Galeni, Hipocratis, & Traliani præcepta proposuimus, mox cepit antithesis, an contra veritatem, argumen tor ad hominem.

Hæc tua sunt, fol. 35. ex apologia de purgandi ratione, ergo cũ principio includere etiam oportet augmentum, in quo aliquando expurgatio conuenit, vt ex Galeno constat, etsi tibi monstrantur coctionis signa, inquit (mostrantur inaugmento) iam cum fiducia absinthium potest exibere, maxime vero post diem 7. danda est igitur absinthij

7. Collig. 17. lib. de feb. 14. in opere aureo. 2. epid. scit. 2. tex. 1. 10. meth. 4. 1. ad Gla. 14. 1. de sympt. causis 7. 1. epid. scit. 3. & egil. 3. 1 ad Gla. ut. 9.

como

como, cum oximeli, & aliquid ex eis quæ ventum subducunt ex quibus duo adnotanda veniunt, & in augmento Galenum purgauisse, & hæc clementia medicamenta agnouisse, ac ideo hoc tempore purgare, vt natura reddatur potẽtior supra residuum. Quod etiam Hipocratem constat factitasse, cum crassis, & nebulosis vrinis, quæ solum apparent in augmento, & hoc maxime exequendum, si febris longa, pituitosaue fuerit. Quod etiam Tralianum fecisse constat; die febris Excellentissimi notissima extitit tertiana, tempus augmenti cœtio progressus, iam humanis conditio, qualis à Traliano proponitur, & omnia eadem erant, ac ista, quæ nunc approbas; aut hinc, aut illinc veritatem simulas.

§. 4. *Doctoris epistola.*

QVid te mutauit, sapiens, olim de me magnifice iudicasti, nunc aliter; aut hic te compulit æmulatio, aut olim veritas? Vtrumvis nelige, am epistolã tuã argumentor ad hominem, si non antea te fauni fabula coarguit, qua hospes frigidum, & calidum simul, eflabat, &

Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes.

Solinus, c. 42. *Sed in hoc Tharandrũ imitaris Ethiopicum, ac in mari Polipum, Camaleontem in Africa, proprium enim est ægri nihil diu pati, ac mutationibus. Vt remedijs vti, vt ait* Lucretius. Originali trãscriptio verissime respõdet. *Seneca, li. de breuit. vit.*

Doctori Gasparo Aluares Caldera medico præstatissimo. Doctor N. salutem, & fælicitatem desiderat.

Gratissima michi fuit epistola tua plena beneuolentiæ, et humanitatis, iucundissimaq; selecta disputatio, de partis indicatione pro mea defensione, à te suscepta, in qua libenter ingenium tuum agnoui, argutum & elegans, & tibi sum vehementer gratulatus, quod in meam gratiam tam breui tempore, tam cumulate scripseris, si te doctoris Ferdinandi de Valdes compulit Æmulatio, quã cõtra me suscitauit, est, quod illi gratiam etiam, atq; etiam habeas, quod te tam vtiliter ad certamẽ literarum prouocauerit, quem si tuam disputationem elegantem, acutam, & ingeniosam per legerit, suspicor, hac in parte desperata victoria ad silentium confugere, vt te, quem eloquentia æquare non potest, fulgurum, tonitruumq; denuntiatione (hoc est tuorũ argumentorum) non oppugnet; quin cæcus in terram cadat: tu vero, si bene te noui, ne pluuiam quidem extimescas, ab eo, qui sæpe largos imbres minatus, vix potuit tennes, & infæcundas nubes ostentare; quod ergo mihi per tuas literas de literarij certaminis victoriã gratularis. Agnosco tuã in me voluntatem, & propensum animum, qui de victoria sperata, quasi parta, gratularis: quanquam, si victoria est meliorem partem in iudicio tueri, vicimus, sed quid faciam turbulentis, & importunis, ac inuidis hominibus, qui suam libidinem iustiæ, & veritati pertinaciter præferant, & hoc

demum

demum laudem esse ducunt, alienis scriptis obstrepere. Hunc ingenij, & industriæ tuæ partum, vna cum alijs lucubrationibus tuis, non parum vtilitatis, & fructus, cum tui nominis laude coniuncti, allaturũ spero. Ob eam causam hoc ipsum opus, nõ ad bibliothecæ meæ limen, sed in penetralibus, & reconditiore eius parte, & loco magis idoneo collocandum esse censeo.

Equidem ad eas causas, quas tui diligendi habebam plurimas, hanc quoq; accessisse lætor, quare me semper tuæ laudis fautorem; tuiq; amantissimum cognosces. Reliquum est igitur vt hæc detur occasio pro qua in publicum mittam hunc tui ingenij partum decorum, quo mens ergate animus, vt maxime cupio, illustrior appareat. Vale: ab oppido de Guelua, 17. Maij anno 1626.

Tui obseruantissimus, valdeq; amicus Doctor N.N.

Antithesis 5. in apologiam de animæ immortalitate.

NOn iniucunda hæc, sed longa, tot retro annorum serie repetita, non erubiscimus, sed admiramur; omnia aliena, sed nostra omnia, nõ ingrata, sed totius apollineæ, & phylosophicæ concertationis arenam ingressa, quam multum pulueris ebibere, iucundiora proinde pollicemur, nouiora damus: nuper initiato Pieridum choro recentes fontium cristallos consecramur, recẽtes dicamus vndas, quarum larga fluenta, tantum flauentis metalli voluant, tantum gẽmati ponderis rotent, vt

Non tartessiacis illas superaret arenas
tempestas pretiosa tagi, non stagna rubentis
aurea Pactoli. *Claudianus.*

Quin etiam nouũ antrum excidimus, quale apud Britannos repertum legas, quod ad cujusquam venti flatum, seu nubibus vacantis boreæ fulmine pollẽtis austri, vel floribus vernãtis zephyri, suauissimo concentu repleatur, eximios cantus edat, & multis sonorum interuallis distinctam harmoniam moduletur; Huc ergo vos vel antri nouitas trahat, vel aurei torrentes latius allectent. *Clemens Alexand. lib. 9. romató.*

Lenta festinatio celerius interdum facit iter, negligentia enim, & intermisio studiorum est nouerca sapientiæ, è contra vero asiduitas, & diligentia mater, & magistra, testudinis morositas Aquilæ vicit aqulitatẽ, fortasse parui facta, & vt dixit Laertius, deprehensus est olim ab impotenti celer, & tarda cepit testudo regem alitum, tutor est secura humilitas, quam alta vanitas. Abies despexit dumos, ac ideo Dijs, & hominibus est in visa: præferens se formicæ musca, illam abijcere verbis, & se extollere inflata cepit: audi, inquit, quanta sit humilitas tua, magno cum labore tenuem victum quærens: at me alæ in sublime

ſublime ferunt,& ac cipiunt menſæ regiæ auro,& argento,ego eadem bibo,delicatiſsimis cibis veſcor,purpuræ incubo,faſtidioſæ,& inflatæ opinioni fælicitatis, reſpondet formica, etiam hoc adde improbitatem tuam inuiſam, & odioſam eſſe omnibus, & modica anni parte durare,hanc beatam vitam tuam,dum ſol feruet, hieme, & frigorbus ſtatim accidere, in flato aſino ferente Iſidem, dixit Agaſo, non tibi ſed Deo. Non eſt nouum fortem ab impotenti vinci: abonis enim animo,& virtute violentia vẽdicatur natura: Harpias Finеũ infeſtantes, *pueri deiecerunt, & feſtiue ſane ſybatarum æquites tybicen vicit* (non ego terræ filius, nec gigantis fraterculus) & vt Ouidius; *Puluere qui le dit ſcribit ſed marmore læſus.* Sabini potentia inflati pauperibus adhuc Romanis,ob fæminarum furtum dixere diem,& inierunt bella,vicere victi,inierunt pacem,hac ſola conditione,vt Sabini in flamulis has deportarent litteras S.P.E R. Sabinis populis quis reſiſtet. Ac ipſis poſtea Romani vtebantur. *Senatus, populuſq́, romanus*: & virtus ſuperauit ſuperbiam.

Lib. 1. tuſcul. 7. naturalhis 55. Et 6. epi. ſci. 5. tex. 5. Lib. de animæ cap. 4. tex. 65. & 66. & 2. de anima tex. 1. cap. 11. & ca. 2. tex. 22. & li. 3. cap. 5. text. 19. & lib. 12. Methaphs. ca. 3. text. 17. 1 de part. anim. 1. & li. 3. de

Animæ immortalitatis demonſtrationem,in limine promittis, & pro ipſa hominis encomia ſubſtituis,diſerte ſane diceres,ſi à Platone diſceres,quando ad in efficacia manus extendis: Quare Platonis aurum relinquis, qui expeditionem parat, expeditioni neceſſaria conducit,attende ergo & nobiſcum ſedens, de animæ immortalitate diſſeremus,citra contentionem, animam immortalem dixerunt primus Pherecides,vt refert Tulius,deinde Pythageras,eius auditor Triſmegiſtus, Diogenes, Tuſidides, Taleſmeletius,Zoroaſtes, qui ridendo naſcitur. Anaxagoras,Aratus,Democritus,Socrates, Plato: Proſtinus Porſirius,Proclus,Ariſtotelis,Theophraſtus,& Iamblicus, qui animã cum corpore commorrati ſunt,omnes Epicurei extitere, quos poſtea ſequitur Plinius. Galenus de animæ immortalitate, tam varius extitit,quam de ipſa met,animæ natura:nam libro, *quod animi mores*, hãc mortalem prædicat,contra Platonem,libro vero *de rigore, & tremore*, animam per ſe moueri contendit,immortalitatis argumento, in temperamento,& ſanguine varijs in locis animam conſtituiſſe conſtat,& libro *de carnibus natum calidum*,dixit immortalem: Ariſtoteles an animam dixerit immortalem ex confuſionis orco congruentias eruentes pleriq́; negant, vere tamen animam immortalem confitetur, ac intellectum etiam immortalem, ac mentem ſolam diuinam eſſe, ac extrinſecus aduenire, aliter ac animæ animantium, ſic ſemper locutum iudicauit Themiſtius,in Paraphraſi, ſed maxime in dialogo, ad Ludemum, vbi palam animam eſſe immortalem perſuadet, vt etiam ſentit Tulius, & Plutarcus. Ita tamen confuſe de re magna diſſeruit,

vt

vt veritas ipsa videatur ementita. *anim. ca. 4. text. 4. 6. 10. & 15.*

Hoc etiam Seneca belle dixit. *Animus quidem ipse sacer & aeternus est, nec cum ipso corpore cōmoritur*, & inter Thraces, hoc illorum domauit feritatem, quod animas iterum remeare haberent ratum, ac immortales esse, ac alios beatiores reddi post mortem, & sic illam læti accipiunt, & partus tristi funerantur luctu, ita vt vitæ aditu, videantur parentari: & ē contra funera incredibili cantant lætia, vt Solinus inter mirabilia adnotauit: *& anima connexio, ad corpus*, dixit Iamblicus. *tale quid recte videtur, quale in Thirenia memorant torqueri sæpe captos, de vinciētes vincētibus monstruos, corpora corporibus, singula singulis, partes partibus componentes, ita affecta videtur anima immortalis, corporibus alligata membris: Nil ergo diuinum*, inquit, *nil beatum inest homini, præter prudentiam, hoc est animā immortalē, quæ circa veritatem versatur. Hoc nempe solum rerum omnium nostrarum immortale videtur, &c.* Xenophanes animā spiritum esse dixit, ab omni corruptione immunē. Sed vel inde animam immortalem AEgiptij dixere, quod *de corpore in aliud subinde migraret, absq; vbi per omnia se circum tulisset, terrestria, marina, & volucria, rursus in aliud genitum hominis corpus introire*, & hoc, intra circuitū annorum tria milia, vt dixit Erodotus, in Euterpe. *Et 2. de Genes. ani mal 3. 3 d anim. 37. libr. de diuina. in vita Dionis. li. de consol. ad polipium. De consola. ad martia. Cap. 14. In secta pitagora. Lib. 2.*

Animam tripartitam Plato dixit, prout in capite sita rationalis; in corde irascibilis, ac cōcupiscibilis in iecore, Aristoteles corporis physici, & organici vitam habentis immaterialem formā: ac Zeno animā in octo partes diuisam, in sensus, scilicet, vocis, & cogitationis organa, & Pythagoras, vt animam immortalem diceret, ætheris adamantini, auulsionem vocitauit; vt pote purissimus, ac nitidissimus, ac ideo animam, à corpore differre, quia id, aquo auulsa est immortale est. Animam essentiam possidere immortalem, in concusam, & solidam, dixit Iamblicus, ac ob id, Diuinis similem, sed in firmā in Diuinorū ordine, ipsa etenim naturam super greditur, atq; ob ingenitam vitā, impartibilis affectuum impatiens, qui veniunt á corpore, sed cum transcendit suos limites pennigera proficit, promota in angelicā animam, vitamq; purissimam. *Lecmento 1. cap. 19. & 2.*

Venerandæ antiquitatis inter symbolica, hoc apud AEgiptios Sacerdotes animæ celebratur antiquius, *Baieth*, quasi dicam Accipiter auis pennigera, & velocissima nā *Bai* per se *animam*, & *Eth* Cor, apud illos significat, ac si anima resideret in corde, vt ipsi rati sunt, quos postea stoici in sequuti, animam in corde posuerunt, ac sensus omnes in ipsum confluere, sicut ad mare flumina, & ab illis accepit Aristoteles: at ideo AEgiptij Accipitrem, in animæ symbolum accepere, quod monstrat vel Zoroastis dictum, alatum quippe esse animum,

aquo Plato hoc idem in Theethæto dixit: ac ideo ad superos euolare, cum per alas intelligentiam accipiat, & per accipitum velocitatem, cum extra corpus, vt notauit Pierius.

Lib. 12. tit. de accipitu. Vinculis ligatam animam, sub humano genere ostreorum similem dixit Plato, ac nulla potuit nostræ imbecillitatis naturam significantius explicare, cum ostrea inditium esse dixerit animæ, in corporis carcere, & tenebris coniunctę, ita enim Deus corpori animá agglutinauit, vt sit omnino necesse hominem affectibus tangi, vel inuitum. In symbolum animarum pisces alij voluerunt accipere, vt earum immortalitatem designarent, vt pote qui ex puriori constant elemento, primiq; animatorum, quòd creati essent, vt obseruat Philo; sic legitur apud Festum genus pisciculorum pro animis humanis á Vulcano litari solitú, quotannisq; piscatorios ludos trans Tyberim in area Vulcani, mense Iunio celebratos. Apud AEgiptios etiam stella erat animæ simbolum, si non etiam immortalitatis, vt reor; quia scilicet, deficiente corpore, sicut stella, vim, atq; vigorem suum efficaciter conseruaret, & in corpus influxum, sicut stella in mundum, cui dominaretur; & ob motionis principium, quod Platoni est immortalitatis argumentum, ac ex eo quod vim luminis manifestam anima videtur obtinere, quam scintillam massæ stellaris vocitauit Heraclitus, & ideo Thimæus vnam quamque animam stellam aliquam collegam habere sibi, Tradidit; haud absimilem Genio custodi, quo defenditur; ac ideo nefas erat, animam sponte exturbare. Quod ignis hierogliphyco veteres designabant, quem extinguere licebat nemini: anima enim, dixit Plato, nobis traditur in custodia, quoad à Principe repetatur, serpens etiam olim animæ immortalitatis fuit symbolum, AEgiptijs non solis, sed Romanis, vt pote animal spiritus, & vitæ, tenacissimum, quod, & pellem exuat, vt corporis imbecillum, ac medicinæ, quia dilatat vitá reddatur vtilissimum, & ideo Romani, oraculo admoniti AEpidaurum miserunt ad Sculapium, quem salutis Deú æstimabant accersendum, & illi serpentem Romæ detulerunt, tanquam salutis immortalis signum, & præsidium.

Sed inter omnia, hoc potissimum extitit animæ immortalitatis hieroglyphicum, Pyramis, hac enim forma AEgiptij animam adumbrare voluerunt, & hoc significare dicunt corpore soluto, & corrupto animá superasse, quæ, post triginta sex millia annorú facto circulo aliud humanum corpus acciperet, ac ideo AEgypti magnifica Heroú, Regumq; sepulcra, sub ingentibus pyramidibus fecerint; quoniá anima non secus ac Pyramis, vt Geometris notum est vertice immoto manenti, circum acta basi circulum describit, & toto corpore circum lineis,

lineis,vndiq; ductis ad pyramidis punctum; quo circulum annorum deductis lineis similem significarent, sic & ipsa immortali manenti, tot annorum secula percurrit, vsq; ad tandem perueniat punctum; secundum AEgiptiorum opinionem, á quibus accipit Plato, qui etiam animæ pyramidis formam tribuit in Thimæo: & sic philosophatur. Deus in animæ fabrica portionem ab vniuerso accepit, quo vnitas puncto illo, qui in pyramidis vertice est, significatur, secunda autem primæ partis duplam; tertiam secundæ sesqui alteram, & primæ triplam quartam, secundæ duplam quintam, tertiæ triplam sextam; primæ octuplam, postremo septimam, quæ sola partibus sex & viginti primam excederet; & post hæc dupla, & tripla interualla repleuisse, quibus multiplicatis numeris annorum circulum designauit pyramidis Geometria; vt per annorum longitudinem, immortalitatem designarent: quin etiam hoc indicat appetitus cœlestis, semper sursum, vt ad punctum pyramidis, qui semper ad vnum terminatur, & vnum, eo quod impar, vnionem, indiuisibilitatem, durationem, & æternitatem significat, eo magis quo diuinæ essentiæ simbolizat; imago enim est exemplari simillima, & vnum est principiũ, & forma, ergo anima per vnum significata, perfectissima, & immortalis erit.

Sed Plato sicut in omnibus omnes, sic in hac thescos immortalitate se ipsum immortaliter superauit. *Pindarus*, inquit, *et quicunq; expoetis diuini sunt, animum immortalem esse, dixerunt, eumque discedere, sed iterum redire, non mori, quicunque enim pœnas antiquæ miseræ Proserpinæ iam dederunt, ijs illa, ad supernum solem, nono anno rursus animæ redij, quo vsque Reges in gloria celeritate, sapientiaque præstantes euadant, cum ergo animus immortalis sit, ac se prius in hanc vitã redierit, nil vtique restat quin ipse didiscerit.* *Dialog. Mœnon. seu de virtute.*

Quin imo, & vlterius post finale iudicium sub immortalitate ventura, admiranda prosequitur; *Ferunt*, inquit, *quem libet illuc migrantem ab eo dæmone, quem viuus sortitus fuerat, in locum quẽdam duci, vbi oporteat omnes vna collectos iudicari, ac deinde ad inferas proficisci, eo duce cui mandatum erat, tempus q; debitum cõmoratus, bonos per decem annorum millia, & malos per quadraginta millia, ab alio duce rursus reduci, post multum temporis, longosque circuitus. Attamen vna quæque animarum pristinos sequitur mores, cum secundo venit, nam rapacis rapacem auem informat, et voracis lupum: sola autem philosophi anima regem, et optimum gubernatorem induit*: & hæc mira alia sequuntur admiranda; *hæc vidit*, inquit. *Herus Harmenius apud inferos quos cunque alijs iniurias intulisse constaret pœnas sigillatim pro qualibet decies reddidisse, hoc vero pro quolibet, annorum centenarium esse, quasi hæc vita humanæ sit meta; qui vero* *Dialog. phædo. seu de anima.* *Dialog. de 2. ep. seu de iusto.*

multa.

multorum necis causa fuit pro quolibet facinore pœnas decuplas, atque iterũ si qui beneficia fuerint elargiti, iustiaque, et pietatẽ coluerunt, eadẽ pensione præmia deportarent, ac animã quæ Orphei fuerat se vidisse cygni vitã odio muliebris generis elligentẽ: nolentẽ scilicet ex mulieribus quibus occisus fuerat nasci, ac Aiacis Thelemonij animam leonis vitam ellegisse, dum armorũ iudiciũ olim datũ, mente reuolueret.

Dialog. phædnes seu de sepulcro. Hinc diuinus Plato animæ immortalitatem, ab intrinseco conatur demonstrare, omne, igitur, inquit, cui motus extrinsecus incidit, inanime est, cui vero intus ex se ipso, id inest animatum, tanquam hæc animæ natura sit, quod si ita est, vt non sit aliud quidquam; quo in se ipsum moueat, præter animam, necessario ingenitã, & immortalis est anima, quod enim semper mouetur immortale est, quod vero aliud mouet, ab alioq; mouetur, cum terminum habeat motus terminum habet, & vitæ, solum ergo quod se ipsum mouet, quia nunquam se deserit nunquam cessat moueri: imo vero est fons, & principium mouendi. Demonstratio hæc dicit Plato, cõtentiosis erit incredibilis, sapientibus vero ê contra.

Deinde omne quod corrumpitur, á contrario patitur; sed hoc non habet spiritus, igitur neq; pati, nec perinde corrumpi, est enim spiritus bellissima substantia, & talis, vt dicat Plato. *Ardentes enim concitaret amores, si quid tale ipsius simulacrũ manifestũ occulis proueniret, at vero pulcritudo sola hanc habuit sortẽ, vt maxime omniũ, perspicua sit, & amabilis.* Contrarium autẽ in philosophia penes primas, aut secundas qualitates attenditur; in geometria penes quantitatem, & varias situs figuras, quæ omnia materiam, cuius substantiam spiritus excludit, adnotare videntur.

Anima rationalis per se ipsa subsistit intus, & extra corpus spiritũ intrinseca ratione sortitur, ab omni materia separatum, igitur immortalis est, à simili patet consequentia, quoniam Angeli, non ex alio capite immortalitatem consequuntur, vel ex eo hoc etiam deducitur, quod in hac, & in illis alia cognitio sit spiritualis à materia distincta, & sicut actus potentiam distinguit, sic actus cognitionis á materialis cognitionis actu destinguetur, quoniam á diuerso principio procedit vterque actus; nam potentiæ distinguuntur per actus, & isti per obiecta, & he, & actus, & obiecta destinguentur, ergo cũ diuersi actus sub formalitate diuersa, non possint ab eadem potentia prouenire (nam oculis videt, & non audit) restat, vt si hic actus materialis cognitionis est; ille spiritualis sit oportet, ab immortali principio deductus, cum obiectum, & immortale sit.

Deinde mens humana super animalia cognoscit, & futura considerat

derat cum angelis, & actus liberos cognitionis extra materiam producit, cum æternitatem considerat, Deum appetit & fælicitatem nõ perituram præ optat: si ergo, extra limites materialis sensus est substantia, à qua fluit, & cuius virtute operatur, immaterialis, & immortalis erit. Entimematis antecedẽs probat diuus Thomas, & illustrat Plato. *Tota igitur anima vndiq; saucia stimulo concitatur, & angitur, rursusq; memor pulchritudinis delectatur, & vtrisque passionibus vehemẽtia, & nouitate vexatur, & anxia furit, atque insanit sic affecta præfurore, neque nocte dormire potest, neque die vsquam consistere, sed passim discurrit desiderio pulchri, per culsa, videns autem, & influxum cupidineum hauriens, abstrusa prius, & conclusa iam aperit, & resoluit: hac vtique suauissima voluptate in præsenti vsque adeo delinitur, vt numquam sponte ab eius illecebris discedat, neque aliquem pluris faciat, quam amatum, non omnem colit. solummodo veneratur formosum*: eum in pulchritudine illius simulacrum veneratur & amat, vt immortale pulchrum, &c.

Consequentia patet: actus debent potentijs proportionari in homine est actus appetitus immortalitatis, ergo & potentia, quæ est principium talis actus, immortalis erit; maior vel exinde probatur, quod materiales potentiæ, non vltra materiæ cognitionem producuntur, & cum ipsa intereunt: minor autem deducitur à prodigiosis hominibus, qui immortalitatis desiderio mirabilia perpetrarunt facinora. *Socrates mortem in vase cicutæ bibit de animæ immortalitate disserendo pro confessione Dei vnius*: vt palam Plato dixit, Cleombotus cum Platonis Phædonem legeret, de animæ immortalitate differentem, vt hac citius potiretur, ex alta rupe se præcipitem dedit, testis est Augustinus, & Tullius. Deinde Demosthenes cum Antipatrum fugeret Archiæ vitam pollicenti dixit. *Absit, vt viuere turpiter malim, quam honeste mori, postquam Xenocratem, & Platonem de anima immortalitate audiui.* Vt testatur Ficinus, sub hac sorte Phædium ponit Plinius, qui pro patria cum occubuisset, maiorem postea fælicitatem esset adeptus; licet futuram ille fælicitatem denegasset. Huius immortalitatis desiderio. *Erostratus celebre Dianæ templum septimum orbis miraculum cremauit Ephesi*: vt Strabo refert, vt opere pulcherrimo con sumpto, nomen eius per totum diceretur orbem. Æternitatis desiderio flagrauit Scipio, *qui cum eius opera ab Ennio poeta æternitati videret consecrata, illius effigiem monumentis Corneliæ gentis voluit collocari.* Vt Liuius est author: quod fere fecit Brutus, cum Accij carminibus; ac ideo Pompeius Theophanem ciuitate donauit Alexãder plures esse mundos fleuit, quando vnus, qui Deorum domicilio suffecit, suæ cupiditati gloriæ non sat fuit, vt refert Plutarcus. Hæc gloriæ cupiditas Pausaniam seduxit, vt Philippum necaret, vt gloria eius in

2. contra gent. cap. 49. & 1. part. q. 75 art. 2. ex Arist. 2. de anim. c. 10. tex. 104. & lib. 3. cap. 4. & 5.

Dialog. Phednes seu de pulcro.

1. de ciui. Dei 22.

1. Tusscul. quæstionum.

In vita Platonis.

Lib. 14.

Li. 18. & Tul. pro areb. Pli. lib. 27. ca. 30.

Solin. ca. 7.

Iuuenal. satira 10.

De tranqullitate animi.

ipſum redundaret, vt refert Dion, Caſsius, & Plutarcus & Epicurus, qui animas cum corpore mori ratus eſt, etiam Idomeneum ad ſtabilem gloriam ſic hortatur. *Si gloria tangens, notiorem te epiſtolæ meæ facient, quam omnia iſta quæ colis, & propter quæ coleris*, & Seneca, *nomẽ Attici perire, epiſtolæ Ciceronis non ſinunt, nihil illi profuiſſet gener Agrippa, Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos, niſi Tullius illũ applicuiſſet, quoniam inter tam magna nomina taceretur.* De hoc etiam Magnus queritur Alexãder, Homerum non fuiſſe conſequutum, cum ad Vlyſsis tumulum incediſſe, profunda ſuper nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput erigent, & in idem ſilentium abitura obliuioni reſiſtent, ac ſe diu vendicabunt, quod Epicurus amico ſuo dixit. Seneca hoc tibi promitto Lucili, Virgilius noſter duobus memoriam æternam promiſit, & præſtat.

Alexan. vita Iuſtinus, li. 9. Epiſt. 21.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.
Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Bene ergo ducitur conſequentia, ab immortalitatis deſiderio, ad potentiam immortalem, & æterno coæuam.

Deinde rationalis anima in ecſtaſi a ſenſibus abſtracta operatur ſuo alligata principio, & licet raro, ſine miraculo poteſt, ergo ſi corpore alligata valet per ſe ſubſiſtere, etiam valebit extra corpus: ergo immortalis valebit permanere; illud enim, quod ab altero in operando per ſe non dependet, ita etiam neq; in eſſendo, ac ideo hæc operatio extra corpus tranſcendit, quia nihil humanum immortalem appetitum poterit ſatiare: ſi ergo extra ducitur, aliud à corpore, & mundo appetit alienum, quod immortale cum ſit, & appetitus etiam, & potẽtia immortales ſint oportet. De hoc in ſacris literis mirabilia extãt teſtimonia, apud Gregorium, & Auguſtinum.

Virtus deinde moralis habitus extra omnẽ naturam animãtis eſt, & extra omnem animalis habitum, hic autem eſt homini naturalis; ergo potentia, qua inſidet, incorporea, & immortalis erit: minor, quæ argumenti portat difficultatem, á Seneca ſolo lumine naturali probatur. *Eo maiori animo*, inquit, *ad emendationem noſtri debemus accedere, quod ſemel traditi boni perpetua poſſeſsio eſt, non dediſcitur virtus, vt pote quæ ſecundum naturam eſt: & ſicut virtutes perceptæ exire non poſſunt, faciliſque earum tutela eſt.* Contraria vero vitia in alieno hærent, &c. & Zeno, *finẽ*, dixit, *eſſe ſecundũ naturã viuere, hoc eſt ſecundũ virtutẽ, vt Laertius, ad eã quippe nos natura ducit.* Hoc Cleantes, hoc Poſsidonius, hoc Hecaton dixere; ac virtutem fore homini naturalem, vt teſtatur Laertius.

Homi. 26 in Euãgelia initio confeſſ. et Manualis 25.
Epiſt. 50.
Lib. de natura hominis.

Ob

Ob præmia, & supplicia deducitur etiam animæ immortalitas: in hoc homines omnium nationum conueniunt, vt vtraque nos expectant æterna, & immortalia: ergo animus horum capax & immortalis erit, hæc enim, aut meretur præmium, aut supplicium. Hæc immortalia dixit Plato, Pythagoras, & Seneca, & inter alia de Pythagora refert Laertius dixisse. *Aeque huius vitæ, & æternæ habendā curā.* Memorat enim quendam Hieronymum ad inferos descendisse. *Ac animā Hæsiodi columnæ æreæ conspexisse, vinculis adstrictā, stridentemq; vidisse. Homeri autē ex arbore pendentē, serpentesque illā circundantes propter ea, quæ de Dijs finxerat.* Immortalis ergo erit animus, & istis coæqualis, Præterquā quod sūma Dei iustitia in hoc præcipue consistit, ac Deū norunt omnes barbaræ, & incultæ nationes, ac eius iustitiam æqualiter verentur, & venerantur.

Maxima quæq; ambigua sunt, dum alij quoquodammodo audita compertis habent; alij vero in contrarium vertunt. *Et gliscit vtrūq; posteritati.* Vt dixit Tacitus; nec perinde est omnibus possibile rationes æque valentes esse: hæ vtique cum rebus, quas exprimunt, cognationem quandam habere debent; sed hoc habent infælicis fortunæ, quod validæ prætereuntur, & solum inefficaces conuelluntur; hoc semper ratum habuimus, quod quæ necessaria sunt turpe est nescire, sed ex quæsito cūcta perquirere, nec facile, nec semper possibile. *Omniū enim habere memoriam, & in nihilo errare diuinitatis potius, quam humanitatis est,* dixerunt iuris periti.

Li. 3. annalium.

Plato Dialog. 5. de legib.

Lege 2. cod. de uit. iur. enucleando.

Antithesis 6. in apologiā de patrimatrio.

NOn est illustium animorum inuidia; imo illustris vilescit, multoties præcellentiæ fallit imago, quoniam, vt Homerus dixit.

Non datur, vt rebus præcellat in omnibus vnus.

De hoc apud Iouem pauo queritur, quare formosum splendorem, & pennarum varietatem, vocis suauitate destituit, & abiectæ Luscinię tam cumulate dedit, cui Iuno recte inquit, non enim omnia in vnum bona conferri oportuit. Hoc etiam monstrant ingenia, quæ quanto plus vno imminuerunt opere, tantum in alijs defecere. *Virgilium illa fælicitas ingenij oratione soluta relinquit, Ciceronem eloquentia sua in carminibus suis destituit, orationes Salusti in honorem historiarum leguntur, eloquentissimi viri Platonis oratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono, nec reo digna est:* Sed quod mihi magis extitit admirandum fuit, quod humilitas etiam petatur inuidia, cui potius debetur miseratio, nec etiam huius infælicitatis desunt exempla. Super omnē miseriam infælicior, ad scopulum ligata, stat Andromeda, cum formosæ Nereidę cittatiorem eius solicitabant finem, ne aliquis Deorum ei fortasse

Seneca 3. cōtrouers.

obuians illam protinus cæco amore deperiret, talis est liuor, vt adhuc sũmæ infelicitati non parcat inuidia, sed adhuc ista est alia infælicitas maior; quoniam sicut antiquitati, neminem inuidere, fuit summa felicitas; sic nostræ ætatis sũma infælicitas est á nemine inuidéri, sed adhuc ista in natura solatium inuenit nam vt Ouidius.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

An corpus temperatissimum & ad pondus crassiora vitet excremẽta: incidimus in prouerbium in cæcos aliorum reprehensores, qui de furto alieno suspicatur, furti suspectus redditur, & incidit in ea, quæ vituperat, sed loquaces domi hostem habent, vt fert paremia, Pocam sapientissimum defendis, necessarijs deficiens, prolixus in superfluis, ad Hermetis trutinam, tua, & aliena pensitaui & antiquum mox inueni prouerbium, quod sine obsonio conuiuas fecisti, Plautica fuit sententia quod *fæliciter sapit is, qui periculo alieno sapit.* Quæ medicinæ & tibi curæ erant, vel penitus intacta reliquisti, quæ vero sacræ paginæ, ea ita diffuse recitas, acsi tuis illæ forent indiguæ Theologijs. Hæc te potius ab alio accepisse, ratio, & doctrina persuadet: quando integram quæstionem á Peramato accepisse videmus; cito te nudum considero, cum vna quæq; auis propias exigat plumas, hoc tamen certo scio, si in judicium venero periclitans ab eis, quos affers, improbum fore, qui me accusauerit, nullus enim bonus hominem accusat insontem, idem tamen mihi euenturum puto, quod Medico dixit Plato, quem inter pueros coquus accusauit. *Vir iste, o pueri,* dixit ille, *multa vobis intulit mala, & vos, & minores etiam vestros secando, vrẽdoque contorquet, amarissimosque præbet potus; ad famem, sitimque vrget: ego vero è contra, multa suauia vobis paro. Hæc si coquus afferat accusator, valebit fortasse medico, si dicat, hæc quidem, o pueri sanitatis vestræ gratia feci, quam vehementer putas iudices huiusmodi reclamaturos, in maxima igitur ambiguitate, inopia q; suæ defensionis medicus detinebitur, vt pote qui nullas voluptates ad eorum libidinem, commemorare possit, quas ipsi beneficii, voluptatisq; loco existimant, ego vero nequaquam neq; ministros quidem earum probo, neq; eos ob id, quibus probentur fæliciores existimo.* Dixit Plato.

Dialogo gorgias.

Cibus, & potus, quibus præcipue nititur educatio, vt plurimum, mutant mores, vt Plato in Thimeo monstrauit, quando cæli clementia, aut temporum; & solis mutatio hæc valeant producere, & hoc ideo, quoniam pleraq; edulia excrementi multum relinquentia, aut vehementer corpus alterantia corpora reddant inepta ad cœlestes, & optimas operationes, ac ideo legislatores non pauca ciuibus prohibuerunt, ne mores illorum corrumperentur. *Nam Carthaginenses, ne domi mancipium, ne in ciuitate magistratus, ne in castris miles vinum gus-*

tus

tui liberant prohibuerunt, quos imitatus Plato, hoc etiã lege mandauit. *Ne pueri vinum gustarint, neque serui, neque iudices, ac nulli penitus inter diu, & nuptijs, neque noctu, quia vltra mediocritatem in furorem rapit* vt adnotauit Iamblicus ex Pythagora, si bene senibus, ob diuersam temperiem, permisisse constat, moderatissimum. *Hinc Pythagoram fabas, & alia crassa edulia discipulis prohibuisse, refert Iamblicus.* Licet hoc alij, quia *faba olim Aegiptijs venerãdi numinis instar fuerit, tantaq́ religionis, vt nec illas illis serere, nec comedere, nec calcare fas fuerit; quin etiam nec aspicere*, vt Theon grammaticus apud Plutarcum, & plerią; alij tradiderunt: per eam enim velo coopertam, numen intelligi voluerunt, Erodotus tamen nostram confirmat sententiam. *Dial. 2. de legibus.* *In eius vita.*

Et alij quod inter funesta fuerint olim á Romanis reposita: *quando, neq́ Diali fas erat illam tangere, neq́ adhuc nominare, vt mortuorum omen.* Nam parentalibus ferebantur sacrificijs. *Quoniam in eius flore luctus quasdam in esse litteras iudicabant.* Testis est Festus, Põpeius, & Parto, ita vt *olim mos fuerit fabas in funeralibus ducere, & comedere*, quod vsq; ad sua tempora durasse narrat Pierius. Hac eadem religione Pythagorici venerantur fabas, *quod mortuorum animas in fabis habitare essent rati: ac ideo Pythagoras cum percussores fugeret, & in aruum fabis consitũ incidisset, qua tutus ei dabatur exitus, si se in cã segetem immisisset ab inimicis potius trucidari, quam fabas animarum conceptacula conculcare maluit.* Hoc tamen fabæ super alia celebratur, vt castitatis sit symbolum, eo enim spectat Pythagoræ illud præceptum, *á fabis abstine*, hoc est amanibus, oculisq; nostris omnes nequitiæ repellantur, quod Empedocles hoc celebrauit versiculo. *Ab miseria fabulo miseri seducite dextras.* Alij, vt dicit Gelius, fabas pro testiculis accipiunt, quas ità symbolice Pythagoras appellauit, cum illæ genituræ vim suggerãt inclusis flatibus, & substantiæ mollitudinem, ac ideo Empedocles ab illis edendis dissuadet, vt ingenio expeditiori vacare liceat. A fabis etiã discipulos abstinere Pythagoram mandasse dixit Laertius, quia eius cibus inflat, quod ille maxime abhorrebat. *In vita Pythag.*

Si ergo nutritio vsque ad finem vitæ producitur, qua nouæ particulæ corpori adijciuntur, hoc oportuit alteratione, & substantiæ commutatione fieri, dum ex sanguine os, caro, aut cartilago generatur, præ habitis antea ventriculo, & hepate coctionibus, assimilauit ergo simile, hoc est, cõmutabile, quid faciemus reliquum, nam excrementis terreum, aereum, & serosum superest, dissipabitur fortasse? Hoc scimus, crassa dissipationi resistere, ac ideo naturam prouidam omnibus, ne humores corrumperentur, propria receptacula destinasse: an ergo in temperatissimo corpore hæc essent instrumenta, & mirabilis fabrica; est plane necessarium, si naturale est; ab animali ergo facul-

tas.

tas naturalis in hoc differt, quod hæc, vnde quaque libera obiectoq; non impedito, nec aliter deluso, necessario in effectum prorumpat; quando capto consilio animalis. Hoc scimus naturaliter in naturæ ordine esse constitutum, ac non posse aliter euenire, & quidquid ab hoc egreditur, aut ordinem naturalem superat, aut naturale esse definit.

Solum restat, an temperamentum perfectissimum, & secundum facultates robustum, à ratione talis hæc potuerit crassa excusare excrementa, diuinum quidem excipiamus, dixit prouerbium, & hoc si foret possibile, aut esset ex parte corporis, & facultatum, aut ex parte alimenti: corpus, iam diximus, secundum facultates non posse non operari, & nutriti alimentum, etiam simile, & contrarium semper extitit secundum partes, quæ nutritioni cedunt, aut resistunt, nam quo alimentum magis ab alenda natura distat, eo magis relinquit excrementi, suppetit ergo necessario excrementum, ex propria ratione alimenti, & corporis, in corpore licet temperatissimo, aut ergo facultas huius temperamenti, vt hæc valeat dissipare excrementa, intra naturæ limites operatur, aut extra metas educitur, si primum, limitata sit oportet. Detur ergo quod operetur ad summum secundum facultates ministrantes, non ne vnaquæque suum opus perficiet secundum naturæ finem expellens, expellat fortiter, non antequam retentrix demittet, expellet, & coctrix, nō, antequam attractrix, suum opus perficiet, si igitur robur non valet opus preuertere nec immutare, sed ad summum vigorosius operari, necesse omnino erit, quod excrementa, & fiant, & expellantur, nam finem propriæ conseruationis non debent excedere: si ergo generando, & expellendo excrementa potest in bellissimo naturæ statu conseruari, & status naturalis non dabitur superior sub ipsa lege naturæ, nec etiam erit alteri ascensus. Fateor tamen temperatissimam temperiem robustissimas facultates omnes possidere, quibus mille superflua inæqualia morbosa, ac plane rationi contraria, super omnem naturam propulsabit, sed non omnia, & hoc illā nec indecens, nec indecorum erit, quando antea ex sanguine, & semine in vtero corpus animam, & vitā accepisse decens fuit. Si tamen diceres, quod, vbi ratio coercet appetitus, omnes appetituū, propensiones vinceret, & coerceret, quas excrementa ducunt: hoc est plane verissimum, & in hoc erit admirabile priuilegium (nam interdum dimidium est plus toto, vt dixit prouerbium, si bonum est dimidium, vt placuit Erasmo; est plus toto malo) hoc enim, vt tale sit, in excellentioribus debet esse, nam in illis, quæ alicui dignitati non cōducunt, nec priuilegij rationem meretur.

Hæc si non placent, non mirabor, non est enim in rebus vitium, sed

sed in animo, nam nihil refert, an æger in lecto ligneo, an aureo collo cetur, quoniam, vtrobiq; iactatur, sed ad posteros venit incorrupta fides, & ad præsentes ingenuos. Sed ego præclarissime actum mecum semper putaui, si eruditorum hominum scripta intelligentia assequerer, vtiliterq; ab eis inuenta recte vsurpare didicissem, tantum abest vt superare eos me posse vnquam vel somniauerim; quam ob rem, non debes á me expectare meliora illis, quæ vel à summis in arte nostra viris excogitata, vel multorum seculorum vsu, periclitationeq; artificiosa comprobata accepimus. Et sub correctione Santissimæ Matris Ecclesiæ, & sapientum virorum damus. Anno 1634. Sen. Epis. 17.

F. I. N. I. S.

Expugnati antithesei sapientiorum iudicio.

SObria, & necessaria defensio arrogantiam magno veluti passu gradientem, prorsusq; iam ferocientem compescuit: & æmulatio in vtramq; aurem dormientem opinionem excitauit: Plautica fuit sententia, quod fæliciter sapit is, qui periculo alieno sapit; caue ergo in fide illustrium virorum, vt fides tibi, libertasq; constet ingenua. Quis enim tibi fascinato, potius quam viris per illustribus, & quibus veræ sapientiæ generalis opinio felici plausu subscribit, fidem adhibebit? En illorum elogia, quæ sub fine, ideo prodierunt in lucem, quod tantorum virorum negotia adhuc exitus desiderium non possent retardare, cui adhuc ipsa celeritas mora fuit.

GENERE ILLVSTRIS, SAPIENTIA ILLVSTRIORIS, humanitate illustrissimi, D. Doctoris Francisci de Figueroa Sanctæ Inquisicionis, & Hispalensium Medici, iudicium.

ORnate, docte, clare, subtiliter, apte, noster Theseus loquitur, & ita candidum liuore, & sine liuore conatur se adstruere, vt nomen aduersarij in totum sileat (etiam si ab ipso maxime provocatus fuerit) Nasonem sequutus in ibin.

Quis quis est, & nomen vtrumq; tacebo.

Et quemadmodum quondam Theseus Aegei Regis Athenarum filius, qui æmulatione laudũ Herculis magna, & ardua bella gesit, scilicet cõtra Amazones, quibus debellatis Reginam suã Hypolitã rapuit, Creontem Tyrannũ Thebarum, qui mortuos in bello prohibebat sepeliri interfecit, oppresit & terribilem Taurum in Africa, Minotaurũ occidit in labyrintho, debellauit Cẽtauros, Thebas domuit: sic hic noster Theseus á suo provocante commotus, & quasi stimulo

quo-

quodã de victus, sui irritantis apologias, quasi Amazones debellat, occidit, interficit, domat, & opprimit in suo Antitheseo, ita diserte, vt prælo, & luce dignum sentiam. *D. Franciscus de Figueroa.*

ORNATISSIMI VIRI, LITTERIS, ET VIRTVTE INSIGNIS, politica facultate insignioris, D. Doctoris Ioannis Baptistæ Montesdoca medici Hispalensis, iudicium aliud.

TVo de vinctus Imperio, Doctor amãtissime, interponere judiciũ in Antitheseo, quẽ tipis mãdasti præsentibus diebus, hilari vultu cõcedere aliquibus de causis decreui. Prima, quia mihi, trutina mẽtis acie contemplanti, se se obtulit latissimus cãpus, vt impẽdẽtem calamum tuæ laudi dicatum, & elogium dignitati consecratum, bonorũ iudicio, si ex voto cedat, benemeritũ, affirmem. Secundo, quia ab incunabulis veritatis cultor, vt arrogem (absit animi elatio) sententiam meam semper proferre non recusaui: Vltimo tandem, quia tui nominis tenebrarum caliginem depellere decebat; nec te animo frangi expediebat, consulens famæ, ẽrigens mentem, respiransq́; nouam auram eximia lucubratione, cum possis, morem gessi, En æs alienum cõtrahere alicui videbor, oppignoratus iudicabor; Quid ni? boni recti q́, iudicij censorem agere pudebit? Libenter fateor, videri non abhoresco: nonne possum virum hunc diligenter studiosum, & nostri pariter, sic occupatum, simul amare, admirariq́; ? Quis quis es, discute laborem, perpende vigilias, pudebit sine dubio, vel spargere, vel audire calumniam de illo. Vtinam fides abducatur, siue de illo, sicut de altero perpolita oratione Faber. *Neque vero grande illud, & excellens ingenium, quod verissimo elogio Princeps omnis eruditionis, á Principe, & ipso eiusdem laudis audiuit, vna gloriæ materia contineri potuit, sed per omnes disciplinas versatus omne ferè studiorum pertractauit genus.* Si enim, lector amice, attente oculis lustremus laborem hunc, siluam rerum, & miscellanea argumenta comperiemus, in quibus desinere cum lubet, inserere, variare, vt lubet, neq́; adstringi ad ordinem, aut certam materiam cohibemur. Hic series medicarum quæstionum, physicarum elucidatio, pondus rerum, sententiarum grauitas, humanarum literarũ, & eruditionis perspicua cognitio, ita eleganti stilo exarata conspiciũtur, vt hominũ memorijs sẽpiternis tradi dignissime affirmemus. Versute maledicorũ execratio contra te spergẽ fiat, ò felix, fortunate q́, nõ ne tibi, quod alter deprecatur? *Dũ exoro, vt quicũq́, nõ sustinent te diligere prouectũ, medullitus æstuãtes á semet ipsis liuoris propij exigãt pœnas, cũq́; nullas in se habuerint causas misericordiæ, habeant inuidiæ.* Perge igitur, festina, vir sapientissime, vt in amicorũ gratiã lucubrationẽ istã edere possis, fæliceter elaboratã profecto, vtilẽ lectoribus, & per honorificam tibi. Vale. *D. Ioannes Baptista Montesdoca.*

In præfa. ad li. 3 en.

P. scrib. in Polit.